1 **Non ex omnibus.** In prin. huius legis dicit:†si duo compromiserunt in arbitrum ex quibus causis cõmittitur stipulatio penalis si ei non pareatur:⁊ certe non ex omnibus causis sed ex istis duntaxat si arbiter condemnauit reum actori et non soluit: sed si alter operam dedit ne arbiter cognoscat et diffiniat.sed nunquid arbiter poterit contumaciam litigatorum punire sic iubendo aliquid dari nõ tamen paretur semper sententie arbitri. quid si iussit arbiter nomina testium edere vni litigatorum propter hoc non committitur in penam.hoc dicit.[committitur].§.e.l.nõ distin.§. de off.⁊.§.vlti.et.§.e.l.si cum dies.§.pe.[petitione]et est exemplum:condemnat reum actori hic si statuit diem solutioni qõ facere potest.§.e.l.si cum dies.§.solutioni.elapsa die committitur pena.§.eo.l.celsus.[prebendam].§.eo.l.diem.§.si quis. [poterit]sed quomodo potest punire contumaciam litigatorum iubendo vnum dare alteri non videtur qui habet iurisditionem potest mulctare.j.de iudi.l.ij.§.is qui. sed arbiter non habet iurisditionem.j.de re iudi.l.ait.potest dici arbiter non potest mulctare si ex compromisso indultum sibi nõ est:al's sic: vt hic.vel potest dici punit contumaciam hoc modo:si enim cõpromissum est in arbitrum sub arbitraria acti. et est dictum q᷑ arbiter possit cognoscere et diffinire et condemnando et si res non restituatur faciendo in litem iurari:hic sicut iudex potest facere iurare in litem.j.de rei ven.l.qui restituere: ita et arbiter cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorum et hoc actũ erat.§.e.l.j.[non fint]si iussit arbiter nomina testium edi reo non tenetur actor parere si non edit non committitur pena:et ex lege ista colligitur ar.ad vnum de quo dubitatur tota die. videmus quod alter litigatorum instrumentum contra se productum dicit falsum petit diem et consulem vt no.§.de eden.l.j. §.editiones.non est contentus habere diem et consulem vnde dicit peto edi nomina testium illius instrumenti: et tabellionis.dicit ille.ll.dicunt quod edam diem et consulem nolo edere:sed nihil dicunt de nominibus testium et tabellionis: quid iuris erit:hec lex est in ar.quod non debent edi nomina testiũ vel tab.põt dici aliud in arbitro aliud in iudice: arbiter nihil extra cõpromissum facere põt ad euz nõ videt᷑ ptinere vt noia testiũ edant᷑:sed iudicis officiũ latius est.vñ requirit eius officiũ vt indaget veritatẽ modis oĩbus quib⁹ põt.C.de edẽ. l. is apud quẽ.⁊ maxime in crimine falsi.C.ad.l.corne. de fal.l.vbi. Itẽ nõ videt᷑ prohibitũ ergo pmissum.j.de pba.l.ab ea.

1 ☞ Pena non committitur si vtraq᷑ pars est inobediens. h.d.cum.l.seq.Secundum aliam lect.que colligitur ibi vel plane.h.d.ille qui est ĩ mora prorogãdi diem incidit in penã.h.d.

1 **Cum arbiter.** †Si actum est de die proferenda⁊ vnus litigatorum vult proferre et alter contradicit si iubet arbiter eã proferre alter dz acquiescere sñie arbitri al's cõmitteret in penã.h.d.[est.] q᷑ actũ est de die proganda[prodest]accedit.§.e.l.nõ distin.§.dies.in fi.

1 ☞ Contumax non censetur qui non venit eo tempore quo venire non expediebat.h.d.

1 **Arbiter kalendis.** †Duo cõpromiserunt in aliquẽ sub certa pena:arbiter iussit kalendis Janua.sitis coram me:postea ante eum diem decessit arbiter:alter litigatorum venit alter non:nunquid qui nõ venit cõmittit in penaz dicebat aristo dicentẽ cassium in penã nõ cõmitti:⁊ bene dicit: idez est si arbiter iussit adesse certa die vnus venit alter non:nunquid cõmittetur

committetur in penam: non: sicut nō committitur si reus est iussus dare pecuniam actori et reus vult dare actori et per euz nō stat.h.d.[accipiat]id quod reus iussus est dare[penam].ff.e.l.celsus.§.vi.Et ex ista.l.colligitur ar.ad baraterias que fieri consueuerunt in gallia coram iudicibus deleg. committitur cā coram tribus iudicibus deleg.isti citant litigatores: postea iudex impetrantis venit: iudex datus a curia venit: iudex rei non venit.si non est adiecta clausula si nō possetis omnes interesse duo pronuncient: planum est ꝙ duo non possunt procedere. nā sicut si esset vnus iudex et vnus arbiter ita si sunt plures ꝛ vnꝰ venit alter non: veruntamē in arbitrio posset peti pena.ff .e.l.ita demum. vnde si omnes non assint siue duo siue vnus nisi ex tenore mandati aliud appareat si non venerit alter litigatoꝝ non debet mulctari: accedit.ff.si quis in ius vocatus.l.ex quacunqꝫ causa.in fi.

1 ☞ Minor.xx.an.non potest esse arbiter.h.d.

1 **Cum lege ꝛc.** †In minorē viginti annis nō potest cōpromitti quia minor viginti annis non potest esse iudex. sed si est maior viginti annis in eum potest compromitti: veruntamen potest restitui aduersus tale compromissum susceptuz.h.d.ista.l.[cogatur]nisi datus esset a principe.j.de re iudi.l.quidam[iudicē] id est arbitrum[succurrendum]per restitutionem. [dixerūt] et bene.vnde no.si minor.xx.an.suscepit compromissum et non vult cognoscere: litigatores veniunt ad pretorem: cogatis eū: dicit iste suz minor viginti quinqꝫ annis.vnde peto restitui. dicit pretor cadit hic restitutio: sic.quia fui fatuus ex quo debebam facere facta mea feci aliena: quia expedit minoribus litibus et sumptibus non vexari.ff.de mino.l.minoribus.

1 ☞ Sententia arbitri super pena non valet etiam si fisco sit inferenda sed super alio sententia remanet firma et cōpromissi pena committitur.h.d.

1 **Arbiter ꝛc.** †duo compromiserūt in arbitrū volentes de certis seruis litigare arbiter condemnauit reum actori restituere seruos intra certum diem si non restitueret fisco penam cōpromissi prestaret: nunquid si non restituantur intra certaz diem fiscus petet? non sed ex quo non est partium arbitro petet pena ab actore.hoc dicit[acquiritur]quia fiscus non erat in compromisso et arbiter extra compromissum non potest facere.ff.e.l.non distin.§.de officio.[statuto]id est sententie arbitri.

1 ☞ Compromissum si est generale libellus est specialis sententia arbitri non porrigitur nisi ad res in libello comprehensas vel ad eas que maligne omisse fuerunt.h.d.

1 **De rebus ꝛc.** †In.l.ista dicitur: lucius titius ex vna parte: meuiꝰ sempronius ex alia compromiserunt de omnibus rebus que essent iter eos vel que esse possent: postea lucius titius non omnes res petiit: immo quasdam omisit: arbiter non cognouit de illis: nunquid poterit ceteras penas petere: sic.nisi malitiose cōmisisset illas . h.d.[factum est.]quod dicitur plene.ff.e.l.quid tamē.§.plenum[posit]in iudicio[subiugatur]id est pena committitur. vnde no. in iudicio omnia ꝛc.j.de iudi.l.solemus.et.C.de an.exc.l .pe.in arbitrijs ea solummodo de quibus est compromissum: vt hic.ꝛ ff.e.l.quid tamen.§.plenum. Item compromissum trahitur ad questiones imminentes non futuras.j.e.l.de his.

1 ☞ In his que habent causam successiuam nō sufficit ab initio factum nisi perseuerantia subsequatur.

1 **Inter castellianum ꝛc.** †Duo rustici habebant questionem de finibus: compromiserunt in arbitrum sub certa pena ipse dixit sententiam partibus presentibꝰ et posuit terminos: alter non obtemperat sententie arbitri: nūquid committit in penam? sic si arbiter pronūciauit vtroqꝫ presente.h.d.[commissam.]sed que erat dubitatio: illa quia debebat ferre sententiaz super finibus non autem fines ponere. vñ videtur excessisse fines compromissi quod non debet facere.ff.eo.l.non distin.§.de officio.sed potest dici.sicut potest adijcere solutioni diē.ff.e.l.q̄d tñ.§.solutioni ita terminos ponere: vel erat dictū ꝙ hic deberet termiari vł termiare ponit termios.

In cōpromissis. Si compromittitur in arbitruz non receditur ab eius persona: et ideo si moritur finitur compromissum si nunꝙ fert sententiā non remittit̄ ad arbitriū boni viri.h.d. [nō egredit̄] pōt no.exemplū.ff.e.l.itē si vnꝰ.§.i.Itē potest no. exemplum: si arbiter fert sētētiā iniquā standū est eius sñie.ff.e.l.diē. §.stari.lꝫ secus si ti arbitratore.j.p socio.l.si societatē. §.arbitroꝝ.

1 ☞ Compromissum factum simpliciter non porrigitur ad lites futuras.h.d.

1 **De his rebus ꝛc.** †Compromissum est in arbitrū de omnibus rebus vertentibus inter litigatores: potest cognoscere de litibus imminentibꝰ tunc nō postea futuris.h.d.[compromiserunt] quod est verū si plenum fuit compromissum.ff.e.l.quid tamen.§.plenum.et.l.de rebus[superuenerunt]sicut nec iudicium suscipitur de futuro.ff.de iudi.l. nonnunꝙ.similiter colligitur ar.quod rescriptum pape vel imperatoris generale non trahitur ad futuras lites id est ad ius postea quesitum.extra de rescrip.c.vlti. licet sit contra.arg.j.man.l.si tibi.et.j.de rei vendi.l.ex diuerso.ꝛ de pigno.act.l.si rem.§.finali.

1 ☞ Compromissum si transeat in pupillum vel furiosum presentia tutoris vel curatoris requiritur.

1 **Si compromissum ꝛc.** †Cōpromissum est in arbitrum ꝛ est dictum ꝙ ferat sententiam presente vtroqꝫ vel heredibus eorum: et heredes in cōpromisso vt succedant: alter decessit relicto pupillo herede: nunqd potest dici sententia nisi autoritas tutoris interuenerit? non. ideo si alter furere ceperit non potest dici sententia nisi autoritas curatoris interueniat.hoc dicit[eorum]et ita erat actum quod heredes succederent in compromisso.ff.eodē.l.diem.§.i. [nō compellitur]concor.ff.e.l.si quis.§.coram.intelligitur .j. de verbo.signi.l.coram.

Sed interpellatur ꝛc.

1 ☞ Interlocutoria de citādo potest proferri parte absente.h.d.

1 **Arbiter.** †Arbiter potest citare litigatores quod ipi debeant adesse coram se et debet citare ꝑ nūcium vel epistolam.hoc dicit.sicut et diem proferre potest.ff.e.l.diem.et hic colligitur ar.a lege expressa pro sententia Az.cōtra sententiam Lotarij: dum dominus Azo et Lotarius docerent in ciuitate ista et compromissa est eis quedam causa: dicebat Lotarius nos sumus iudices delegati non possumus citare sed requirere eamus personaliter.arg.l.C.de iudi.l. sancimus.in fi.dominus Az.dicebat iudices deleg.non possunt citare per edicta in auč.de litig.§.omnem.sed requirere per nuncium vel per epistolam: quia si arbiter potest vt hic qui non habet iurisdi.j.de re iudi.l.a te multo fortius iudex.Et respond. ad.l.illam sancimus . debet requirere per nuncium vel epistolam: veruntamen excusabitur Lotarius qꝛ fuit homo qui multum placebat dominabus.vnde electus fuit archiepiscopꝰ pisanus et pro eo facta fuit decre.extra de foro compe.si diligenti.excusabat eum quod causa illa erat inter quendā dominum et dominam et carnaliter volebat eā cognoscere.

1 ☞ Compromissum si ab vna parte non est transitorium ad heredes non transibit ab alia.h.d.

1 **Si ab altera.** †Duo compromiserunt in aliquem et fuit dictum si vnus litigatorū decederet heres eius succederet in cōpromissum: non fuit dictuz de herede alterius: nunquid mortuo vno litigatore soluitur cōpromissum: sic.ac si dictum esset de nullo: quia arbitria non debent claudicare.hoc dicit.[heredis]in compromisso.ff.eod.l.diem.§.j.si alterius persona comprehenditur soluitur quia arbitrium non debet claudicare.ff.e.l.si cum dies.§.pe.

1 ☞ Arbiter si iubet vltra quam posset impune sibi non paretur.hoc dicit.

1 **Ex compromisso ꝛc.** †Duo compromiserūt in aliquem adiecta die nec fuit actum de die proroganda cum arbiter non possit infra diem pronunciare iussit diem proferre: nunquid si alter nō pareat sententie committit in penam: nō.hoc dicit.[iuberet.] arbiter extra commissum nihil facere potest.ff.eodem.l.non distin.§.de officio.secus si esset actum de die proferenda.ff.eodē.l.non distin.§.diem.

1 ☞ Arbiter nemo potest esse in re sua.

1 **Si de re ꝛc.** †Solebam petere a te.c.tu dicebas non debeo tibi: nunquid potest in me compromitti: non . quia arbiter habet imperare et nemo sibiipsi imperare potest: et nemo pōt seipsum iubere soluere: vel sibi solui.hoc dicit[prohibet.] dum absoluit aduersarium a se. [potest] habetis quod nemo potest esse iudex vel arbiter in re sua: vt hic et.ff.de iuris.omniū iu.l.qui iur.quare? quia iudex vel arbiter hꝫ imperare: ꝛ nemo

sibijpsi potest imperare: et ideo imperatiuus modus caret prima persona. secus est in arbitratore. verbi gratia. in duob⁹ scholarib⁹ in initio anni valde diligūt se circa festū sancti Johānis facti sunt inimici capitales: veniunt adverbera: penitet ille qui intulit verbera iurat ipse precepta offensi ꝛ compromittit in eū non vt arbitrum sed vt arbitratorem: nunquid potest esse arbitrator rei sue sic. C. man. l. in re. ſ; si eque arbitrabitur stabitur eius sententie. ff. pro socio. l. si societatem. §. arbitratorum. et. ff. de oper. lib. l. si libertus iurauerit.

I ☞ Qui non soluit in termino incidit in penam licet admittatur more purgatio.

I **SI quis ꝛc.** † Si duo cōpromiserunt in aliquē sub certa pena si arbiter condēnauit reum actori ad pecuniam soluendam si reus nō fuit in mora; sed si fuit statuta dies ab arbitro poterit post diem statutam a lege purgare moram. hoc dicit [fecerit] quia infra tempus quod datur iudicatis non soluit [soluēdo] ante lit. cōtest. sup pena: et hoc est verū cū dies non est adiecta ab arbitro ſ; purgare morā. ff. e. l. si cū di. §. fi. ꝛ. l. se. al's secus. ff. e. l. celsus.

¶ Naute caupones stabularij vt recepta restituant. Rub.

¶ Rubrica ista potest continuari ad precedentia dupliciter. vno modo sic: ex quo vidimus de arbitris videndum est de iudicijs. sed quia nau. cau. sepe in iudicium vocātur premittit de eis. vel potest dici non solum restituimur iur. act. contra metuz inferentes contra dolosos alienantes causa mutādi iudicij immo restituimur iure actiōis cōtra nautas caupones. subsequēter ponit hūc ti. et potest dici ꝙ rub. ista sumitur materialiter. vnde vt significet legemus ita. [restituant] sub. ait pretor: ꝛ ita dicemus ꝙ in rub. ponuntur verba edicti et exprimuntur. ff. l. j. §. ait. vel potest dici qō rub. ponitur significatiue: nau. cau. sta. vt recepta restituant naz tenentur recepta restituere. ff. l. j. §. vl. et associantur hic tres species hominum non meliores sed deteriores ꝛ ideo agitur de his personis reformandis quod solus deus posset. Sed custodiatis vos: istud edictum habet duo capita: sic prodit duas act. in factum. vnum caput est vt nau. cau. sta. vt re. rest. et ista actio in factum est in simplū et ex cōtractu: vt. ff. l. j. §. fi. ꝛ. l. iij. § ait ptor modo est alia in factum que est grauior: q; dñi naute furtum committunt ipsi vel illi quorū opera vtunt᷑ vel dñi sta. vel caup. committunt furtuz prodita est actio in factū contra eos que est duplū. ff. e. l. iij. §. nouissime. et. l. licet.

I ☞ Differētia que sit inter hunc tit. et tit. furti aduer. nau.



AIt pretor naute caupones. Ulpi. seruat hic vnū modum quem seruāt predicatores nostri temporis: sed istum modū non seruant viatores nec tullius docet nec victorius in sua theorica: predicatores premittunt autoritatem postea exordiunt᷑ sed rethoricus ordo est ecōtra. primo exorditur postea autoritas est ponenda dicit Ulpi. ait pretor: nau. cau. sta. ꝙ cuius saluū fore receperint restituāt: exorditur maxima est vtilitas huius edicti: quare q; necessario viatores habent sequi fidem personarum harum. vnde non credat aliquis grauiter actum cum eis si hoc edictum contra eos factum est: in ipsorum arbitrio est recipere. vnde nō est iniquū si restituant: sed si non esset istud edictuz daretur materia coherendi cum furibus. vnde abstineant a predictis et eorum fraudibus obuietur. [factuz est.] incipit exponere verba edicti: ait pretor nau. quem dicimus nautam exercitorem nauis et magistrum remigē mesonautā dietarios non exigim⁹ nautas atriarios non intelligimus. Jteʒ litriarios intelligimus caupones qui exercent cauponam. stabularij qui exercent stabuluz ꝛ institores eoꝝ: sed atriarij eoꝝ et focarij non continent᷑ sub his verbis. h. d. [ait pretor ꝛc.] consueuit queri: † quid differt iste ti. a ti. de exer. ac. certe hic agitur vt recepta restituantur. Jtem pro furto facto. in illo agitur ex contractu magistri nauis. Jtē qd differt ab illo. ff. furti aduer. nau. quia ex illo agitur pro delicto facto: ex isto pro delicto et ex contractu: vt dixi in Rub. [recipiant] et si recipiunt de se querantur. ff. loca. l. si merces. §. peū. [qui sunt] ex quo posuit verba edicti et exorditus est incipit exponere. [sunt] vnde in stricta significatione dicuntur naute qui sunt in naue causa nauigandi. [remigē] illum qui non habet aliud officiū nisi exercēdi remū. [proponunt᷑] et regimē habent [id faciat] grecū habetis [atriarij] qui custodiunt atriū.

Ait pretor. Aliqua verba edicti pretoris posita ī pn. huius. l. in superioribus exposita habuistis. aliqua ibi non exposita exponuntur et certe ait pretor ꝛc. expositis illis verbis nau. cau. sta. modo exponūtur illa quod est saluum fore recipiant. et dicit iurisc. siue recipiāt res saluas siue merces siue res que adherent alijs rebus vt sunt vestimēta habet locum hoc edictum siue recipiant res meas vel alienas: dūtamen a nobis recipiant: et ideo si recipiant a nobis ꝑ nautica pecunia merces pignori debet nobis reddere: videtur aūt recipere siue sint immisse ꝛ nō assignate in naui: siue sint immisse et recepte et debent prestare exercitores factum nautarū sed et vectorum. Jtem caupo debet prestare factum viatoruz: sed si res sit assignata in litore et ibi recepta: licet ibi perierūt habet locum edictum de recepto. [solui] videtur contra. si depono rē alienam et concurro cum dño illius rei et peto eam mihi restitui et dñs similiter petit: preferēdus est dñs. ff. depo. l. j. §. si predo. et. l. bona. ꝛ. l. quod seruus. Ad quod potest dici speciale est ibi in depositario qui deponit rem alienam: vel potest dici ibi qui deposuit fuit predo et ita non habebat ti. et iustam causaz in re: hic autem iste qui induxit i; nauem erat creditor et habebat iustam causam in re q; dñi voluntate: et hoc dicit litera statim. [videntur.] si scit hoc secus si ignorās. ff. fur. aduer. na. l. j. §. pe. [viator] hoc est verum in act. in factum que descendit ex primo capite huius edicti secus tamen in act. in factum que descendit ex secundo capite: quia illa in exercitores nō datur. sic soluitur. arg. ff. e. l. licet. §. in factum [pertinere.] secus si non recepisset: sic soluitur contra. ff. fur. aduder. na. l. j. §. pe.

Ait pretor. Hic exponuntur vltima verba edicti pretoris ait pretor. nau. cau. sta. ꝙ cum saluū fore recipiant restituant: in eum iudicium dabo: et dicit iurisc. ex isto edicto descendit actio in factum. sed diceret aliquis hic in factuz pretoria non est necessaria quia ciuilis est prodita: q; si conduco nauē tenetur ex conducto vel si locaui merces meas saluandas agam ex locato et hoc merce interueniente: si autem gratis reciperet res custodiendas tenetur depositi. rū. vlp. hoc est factum duabus rationibus: vt ostendat pretor ꝙ gerit curā reprimendi malitiā harum personarum. Jtem in act. locati veniret dolus lata culpa et leuis: in deposito dolus et lata culpa: in hac act. venit dolus lata culpa leuis ꝛ leuissima. secus si periret damno fatali vel naufragio non tenetur restituere: immo habet locum exceptio: sed si damno fatali res perijt in stabulo vel in caupona adhuc exceptioni. h. d. [proficiscitur] duplex: vna est ex contractu: si recepta restituantur: et est in simplum et rei persecutoria et de ista agitur a loco isto. ff. eo. l. nauta. est alia in factuz que datur ex maleficio si forte. recipit res furti qui subtrahat eas vel damnum det. ff. eo. l. vlti. §. in factum. et no. hic et quolibet edicto pretoris ex quo non decernitur certa actio in factum datur. accedit. ff. de eo per quem fa. e. l. fina. sed si a pretore decernitur certa actio. illa datur non in factum. vt. ff. de publi. l. j. in prin. et insti. de actio. §. alie. [miramur.] al's miratur: admiratiue loquitur iurisçon. [culpa.] lata et leuis. ff. commo. l. si vt cer. §. nunc. ff. de regu. iur. l. contractus. [dolus] ꝛ lata culpa. ff. depo. l. j. §. si quis seruum. et. l. quod nerua [culpa] lata et leuis leuissima tamen vel culpa non tamen casu: et ita dicemus inter leuissimam culpam et casum fortuituz est inuenire mediū [ei] qui recepit [contigerit] vt exceptio detur si recepta nō restituantur. nam nullo bone fidei iudicio damnum fatale debet prestari. C. de pig. act. l. que fortuitis.

Eodem modo. Sicut tenentur naute et exercitores de receptis in naui nisi restituant: ita caupo. et sta. si receperunt exercentes negocium caupone vel stabuli sed si exercentes aliud negociuz non tenentur ex isto edicto. hoc dicit. [receperint] id est non exercendo cauponam vel stabulum [non tenentur] isto edicto sed alijs cōmunibus act. vel depositi vel locati. ff. e. l. §. ait.

Si filius. Si filiusfami. vel seruus exercet nauē cauponam stabulum si facit patris vel domino voluntate et ipse recepit tenetur insolidum ex isto edicto etiaʒ cū patre vel domino. hoc dicit. [receperit] res alienas saluandas in naui vel caupona [conuenieudus] pater vel dominus: vt. ff. de exer. l. j. §. si is qui. de filio non est dubium quin suo nomine teneatur ciuiliter insolidum. ff. de act. et ob. l. filius.

Jtem si seruus. Uersicu. iste potest intelligi dupliciter vt breuiter tangam in litera. vno modo sic si seruus exercet nauem domini voluntate: si subripuit res necessarias vel damnum dedit cessat vox acti. satis est ꝙ dominus conuenitur ex isto edicto: sed si exercuisset sine domini voluntate tunc teneretur dominus de pecul. hoc dicit. [exercitoris] qui et si seruus exercitor erat: vt. ff. innuit. [cōuenietur] insolidū vt rem receptā restituat ideo q; domini voluntate exercebat: vt. ff. pri. §. [dabitur] ꝛ vt breuiter soluatis ff. dicetis ita: si seru⁹ exercet nauē dñi volūtate ꝛ subripit seru⁹ rem vectoris dñs nō tenetur noxali: ſ; ex hoc edicto vt recepta restituantur

restituantur quia ex contractu servi non tenetur dominus noxaliter.sed ex secūdo capite huius edicti tenetur dñs noxaliter que actio est ex delicto: in duplū:sic soluitur cōtra.ar.ſ.e.l.vl. §.in factum.nam questus ex contractu non dantur noxaliter.ſ. de his qui deie.l.j.§.si filius.et.§.cum seru⁹.vel potest legi hic. §.secundo modo qd seruus ordinarius erat nauis exercitor et eius vicarius rem vectoris subripuit:certe si domini voluntate exercebat tenetur insolidum ex isto edicto non noxaliter:si si ne dñi voluntate tenet̃ de peculio.h.d.et tunc exponetis.[si seruus.]scilicet vicarius.[exercitoris.]scilicet serui ordinarij.

Hec enim act. Actio in factum que descendit ex primo capite et datur ideo q nauta recepta non restituunt est rei persecutoria:et ideo datur heredi et in heredem et perpetuo.hoc dicit[actio.]in factum que datur ex primo capite[datur]quia actio . rei persecutorie dātur in heredem perpetuo.ſ.de act.et ob.l.ex depositi.sed in acti. in factum que datur ex secundo capite huius edicti pro furto facto in rebus receptis et damno dato quia non datur in heredē: sic soluitur contra.ſ.e.l.fi.§.in factum.et.§.in heredem.

Tita rc.

1 Actiones plures quando cōpetūt alicui quarum vna est de iure cōmuni alia de iure speciali vna tollitur per aliam quatenus in ea plus est.h.d.

1 **Nouissime.** In.§.isto tractatur de act. ī factum que est ex primo capite huius edicti:et in.§. isto dicitur nauta recepit res meas in naui saluandas vel caupo recepit vel stabularius:postea nauta cau.sta. furtiue subtraxit aliquas res potero conuenire eum act.in factū ex primo capite: furti act.in duplū.et respōdeo si ego eligo agere act.in factum pro rebus receptis restituendis repellor vel iudi.offi.vel do.ex.si velim agere furti et econtra:et sic altera acti.debeo esse contentus.h.d.[nouissime]id est post act.in factum: que descēdit ex primo capite.[vel nouissime]id est post expositionē verborum edicti.[alterutra]vel act.in factum vel furti:sed quare dicit vel officio iudi.vel do.exce . hoc ideo dicit si vector viator esset talis contra quem nauta caupo.possit vti doli excep.quia vector viator est eius patronus vel parens aduersus eos doli exce.non obijcietur.obijcietur in factum:vel iudi.off.ſ.de do.ex cep.l.apud.§.aduersus.Et super.§.isto est insistendum.vos habetis in.§.isto vnum quod videtur alibi ab omnibus.ll.discordare:vos habetis hic vt dixi in casu.videtur contra acti. in factum ex primo capite hui⁹ edicti est persecutoria rei:vt.ſ. pri. §.furti aūt act.est personalis et in duplū.C.de fur.l.de his.ſ3 in factum est rei persecutoria in simplū et furti penalis in duplū: hec est regula vna nō tollit aliā.ſ.man.l.si tibi.§.si tibi.ſ.pro socio.l.rei cōmunis.Ad solu.quoꝝ cōtra.ita breuiter dico regulariter si cōpetit alicui rei persecutoria et penalis vna nō tollit aliā.vt in.l.contra.et.C.de fur.l.ancille.et.ſ.de cō.fur.l.si p furre.sed fallit in trib⁹ casibus primus casus est cū rei persecutoria est extraordinaria:penalis est ordinaria.sicut est hic act.in factum ex primo capite est extra ordinem a pretore inducta . ſ. eo.l.§.ait.furti est ordinaria cōtra cōtrahentes animo lucrādi res alienas.ſ.de furt.l.j.vnde quia vna est extraordinaria alia ordinaria d3 esse contētus vector vel extraordi . vel ordinaria. vnde.ll.ↄtra.loquunt̃:cū rei persecutorie et penales sunt ambe ordinarie:vt est man.et furti.et sic loquitur.§.si tibi.c.similiter si socius rem cōmunē cōtractat tenet̃ pro socio:quia dolū commisit et furti:q2 partē meā contractauit:q2 ambe ordinarie vna nō tollit aliā.Itē fallit in alio casu:cū rei persecutoria et penalis sunt contrarie.ſ.cōmo.l.si seruus.et.C.de fur.l.j.Itē fallit ī alio casu cu3 penalis ab initio nō est penalis : sed ex postfacto: sicut si aufers rem mihi per metū.ſ.quod me.cau.l.si cum ex.§. satis.et.§.in hac.et.§.hec actio . indubitanter si tenetur rei vē. et quod me.cau.si egi rei ven.tollitur quod met.cau.q2 ab īitio non erat penalis:vel ecōtra.ſ.quod met.cau.l.metū.§ .et licet. Item fallit f̃m quosdam in quarto casu:si commodaui rē meā ad certum vsum et tu vtaris ad alium vsum teneris commodati et furti:sed vna electa tollitur alia : quia sunt ambe persecutorie.vnde bona fides non patitur rc.ſ.de fur.l.si is. sed ibi nō est speciale:intelligimus illam teneris cōmo.teneris et furti.i. furti nomine condic.fur.vna electa tollitur alia: quia sunt ambe persecutorie. vnde bona fides nō patitur vt bis idem exigatur.ſ.de re.iu.l.bona.et.ſ.de here.ven.l.venditor.hic nō esset pl⁹ dicendū bene scio q dñs Jo.et Azo.ponunt se in alijs verbis : quia ista alia verba no.et ipsi.ſ.de tribu.l.quod in heredē. §.eligere.vnde non esset facienda duplicatio sed transmissio.vñ ita breuiter tangā cū plures actiones cōpetūt:si ambe sunt rei persecutorie vna electa tollit̃ alia.C.de furt.l.ancille.et.ſ.de tribu. qd in heredē.§.eligere.nisi ↄtumacia aduersarij aliud suadeat.

ſ.quorum leg.l.j.§.qd autē.et est rō:q2 bona fides nō patit̃ rc.si plures act.sint penales vt furti et vi bono.rap.si descendunt ex vna eadē causa vna nō tollit aliā quatenus est plus in vna q in alia.ſ.vi bo.rap.l.j.si descendant ex varijs causis vna electa nō tollit aliā.ſ.de priua.delic.l.ij.et.ſ.de act.et oblig.l.cum plura. si autem vna rei persecutoria alia penalis:vt in condic.furti.vna non tollit aliam.in.l.contra.et.ſ.de fur.l.si pignore.§.cu3 furti. fallit tamen in tribus casibus.ſ.notatis.

Sed et ipsi naute rc. In prin.huius.l.dr: nauta ī naui res meas saluādas recepit:res mee subrepte sunt mihi non per nautam sed per alium vectorem . bene scitis ago cōtra nautā act.in factu3 ex primo capite vt recepta restituat et tenetur de facto vectoris.ſ.l.proxi.in prin.et.l.pe.in fi.dicit nauta hec sūt mala noua:talis subtraxit vult agere nauta cōtra illū vectorē qui cōtractauerat:nūquid poterit:sic.si est soluendo nauta:sed si nō est soluēdo ei non datur furti actio: s3 mihi.et hec sunt vera qñ alius vector subtraxit:quid si dñs nauta furtiue subtraxit et alius vector subtraxit ei postea:hoc dicēdum est non dabitur naute furti actio.h.d.[competit.]pro rebus vectoꝝ quas saluas receperit subtractas ab alio vectore. vnde cum tenetur prestare factum vectorum.ſ.eo.l.prox.interest eius.vnde agit furti.[subripuerit]tunc nō agit furti: quia fur furti non agit.ſ.de fur.l.itaq3.nisi in casu.ſ.de fur.l.qui vas. §.sed si ego.[non sit]ad hoc est simile.C.de fur.l.fi.

Si nauta. Nauta qui recepit res alteri⁹ naute in naui saluandas similiter tenetur ex isto edicto vt recepta restituat.h.d.[tenebitur]vt recepta restituat:vt patet in Rub.et.ſ.l.j.in prin.

Jul.dixit. tenet̃ nauta nedū de mercibus inuectis in naui immo de alijs rebus que post merces inuectas in naui posite sunt:etiam si de illis rebus vectura nō prestet̃.vñ si ego vector nauta induxi in naui vel vestimenta vel aliquid vsus quotidiani cā que adherent mercibus de istis tenet̃ nauta ex hoc edicto.h.d.[accedunt]cōcor.ſ.l.j.§.ait ptor.

Nauta et caupo rc. Si nauta caupo recepit res meas in naui caupona saluādas tenet̃ recepta restituere. nam l3 mercedē accipiāt nō pro custodia. sed nauta vt transuehat vectores:tamen tenetur prestare custodiā:et ideo si res recepte vel furtiue subtrahantur vel damnu3 in eis detur predicte persone tenentur.nā fullo et sarcinator nō accipit mercedem pro custodia tamen tenetur prestare custodiam:sic ergo nauta caupo tenetur recepta restituere siue ab alio sunt subtracte siue ab alio damno dato facte sunt deteriores: q2 nauta caupo non solum debet prestare custodia3 a furto immo a damno. h.d.[pro opera.]vt debeant fullere vestimenta . [tenentur] si res ille sunt ab alio subtracte:vel damno dato deteriores facte ſ.l.j.in fi.et.l.ij.et.l.iij.in prin.

Licet gratis rc. Ponamus receptus su3 in naui gratis non mercede data:nunquid competūt mihi acti.in factum ex isto edicto:et certe sic.si recepte non restituātur vel res furtiue sunt subtracte vel in eis damnum datum est.h.d.[actiones] quare dicit in plurali quia duplex est in factum actio.ex edicto:vt dixi in rub.et in.l.j.

Si seruo. Tu vtebaris opera serui . vnde in naui vel caupona ille seruus mihi domino dedit dānum vel fecit furtum:nunquid ista act.in factum erit mihi aduersus te serui mei nomine:sic.nā tu poteris me conuenire gratia furti illius . Sed quid communis seruus erat cuius opera vtebaris in caupona et subtraxit res meas teneris ex isto edicto:veruntamen si quid prestitisti pro parte poteris a me assequi sed si forte alius dedit damnu3 in caupona vel stabulo similiter propter factu3 illius teneris act.in factum.h.d.[sit]quia si nauta est soluendo habet furti act.ſ.e.l.sed et ipsi.et h3 acti.l. aquil.vtilem que datur ei cuius interest.ſ.ad.l.aquil.l.itē mela. §.leg.et.§.vl.[communis]cuius opera vtebaris in caupona: vel stabulo.[solet]id est cuius opera vtebaris.ſ.e.l.vl.§.hec iudicia.[futuram]potest intelligi ita q si non vtebaris opera illius non teneris.ſ.proxi.§.secus si vtebaris:vt.ſ.dixi.

In factum act. Hic tractatur de actio. in factu3 que descendit ex secūdo capite et dicitur si ego intraui caupona3 tuam et res meas saluādas recepisti:si illi qui habitāt tecu3 in caupona intercipiant res meas teneris acti.in factum in duplū.sed si alius viator si intrauit repentine hospitium subtraxit nō teneris in duplū act.in factum ex hoc edicto.hoc dicit.[sunt]vel quorū operatur in caupona.ſ.e.l.vl.in prin.et tenetur act.in factum in duplum ex secūdo capite.ad quid valebit hoc.ſ.videbitis .habetis hic q nō tenet̃

caupo de facto viatoris. ll. cõtradicũt. §.e.l.j. in fi. et. l.ij. et. l.iij. rñ. si conuenio nautam cauponẽ act. in factum: ex cõtractu vt recepta restituat tunc tenetur de facto viatoris: vt ibi. sed si cõuenio act. in factum ex secundo capite tunc tenetur in duplũ si fecit vel si alius cuius opera vtebaẽ: sed non tenetur de facto viatorum quorum opera non vtebatur: vt hic.

Possumus. tu in naui recepisti res meas saluãdas res mee fuerũt furtiue subtracte vel deteriores facte: nũquid habeo act. vel volo agere cum nauta: vel volo agere in factũ ex edicto cum exercitore. et rñ. quod electionem habeo: verum si ago tecum teneor reddere act. contra eum qui subtraxit: tamen sine omni cessione habet aduersus illũ ex conducto act. si eius opera vtebaris: sed nunquid possum tecũ et cum illo: non: et ideo si egi tecum et velim agere cũ nauta repellam te do. exc. ne sepius de eiusdem hominis delicto queratur. h.d. [possumus] nos vectores [arguamus] vt. §. de do. l. si plures in fi. et. l. se. [vna] vel cum ipso nauta vel cum ipso exercitore. alij habent in litera. vno. i. si egi cum nauta non agam cum exercitore et econtra. [aduersus eos] quorum opera vtebatur de quorum facto tenetur. j. l. vlt. [excep.] doli mali. [queraẽ.] accedit. j. de accu. l. si plures. Or signori super primo dicto huius. §. est insistendum: si recepisti res saluandas in naui et sunt furtiue subtracte a nauta: possum eligere vel conuenire nautaz furti: vel. l. aquil. et tunc non conueniam te exercitorẽ: sed si ago cum te exercitore teneor tibi cedere act. contra illum qui damnuz dedit. Or quero quomodo repellã exc. rei iu. lata inter me et exercitorẽ si ago cum nauta quia ad hoc vt obstet exc. rei iu. tria sunt necessaria. j. de re iudi. l. cum queritur. et. l. et eandẽ. in prin. ad istud dicetis non repellor exc. rei iud. quia sententia inter duos lata etc. C. quibus res iu. non no. l. iij. sed repellor doli exc. quia ex quo egi tecum non debeo agere cuz nauta: que do. exc. est generalis. vt. j. de do. exce. l. ij. §. generaliter. Sed instaẽ videtur sepius queri de delicto eiusdez hominis: ecce si subtrahis rem furtiue vel rapis possum te conuenire ciuiliter et criminaliter: vt. C. quãdo ci. ac. pre. tri. l. vnica. sed potest dici ibi agebatur contra eundem et ordinario auxilio vtroqz hic contra diuersos et vnum extraordinarium et aliud ordinariũ et ideo de delicto eiusdẽ hominis sepe non querĩẽ. [agatur] cũ exercitore. [dabitur] tribus rationibus: et q2 non est sepius de delicto eiusdẽ hominis etc. et q2 quid ꝓdesset: exc. rei iu. naute si nõ posset agi cũ exercitore: et nõ refert te absoluto agã cõtra te vel cõtra aliũ qui posset tecũ agere vel regressuz hr̃e: vt. C. de vsur. rei iu. l. fi. et quantũ ad istã rationẽ videtur vtilis exce. rei iu. habere: potest assignari et tertia ratio sicut excep. datur absoluto. j. de excep. rei iu. l. euidenter. ita condemnato qui soluit.

1 ☞ Exercitor non tenetur ex facto nautarũ nisi cũ delinquũt in naui.
2 Clauium traditio an liberet cauponem stabularium et similes si aliquid deperdatur in camera vel archa.
3 Et quando teneantur de dolo lata culpa: leui: et leuissima.

1 
Ebet exercitor etc. † exercitor nauis debet ꝑstare factum omnium nautarum suoruz siue sint liberi siue serui cum vtatur opera eorum merito debet eorum factum prestare si in naui damnuz datũ est vel furtum a nautis tenetur exercitor. si extra nauim factum est non tenetur: predixit ita nauta omnibus vectoribus: vnusquisqz custodiat res suas. dixerunt vectores placet nobis: nunquid si naute dederunt damnum vel fecerunt furtum tenetur exercitor: non. h.d. [sit] vel furtum factum. [nõ prestabit.] hoc est verum quantum ad actionem in factũ que est ex primo capite teneretur. §.l.j. in fi. et. l.iij. et. l.iiij. [nõ conuenitur.] exercitor hoc casu. Or signori formatur hic talis questio et bonum est intelligere propter maliciam istoruz: tota die vadunt homines per patriam hec est natura istarum personarum nau. cau. stabu. ita adulantur a principio quousqz intretis in nauim: vel cauponã vel stabu. et ex quo estis incontinenti incipiunt pungere: et veneno afficere: et ingreditur aliquis in nauiz maritimã: vel cau. vel stab. dicit caupo stabularius custodiatis que camera plus placet vobis: ista plus placet mihi: accipiatis claues huius camere et huius archabanchi: et faciatis ibi poni res vestras: ille viator ponit ibi res suas: vadit: et hoc est vitium viatorũ: statim vadunt videre ciuitatez quando reuertuntur non inueniũt res suas. dicunt ipsi cauponi stabulario amisi mea res: dicit ille domine non teneor: quia nõ recepi in custodia mea quod ex eo apparet quia tradidi claues camere claues arche nunquid
2 ista † traditio clauium[a] videtur liberasse ipsum: videtur q̄ sic.
a §.e.l. nauta. item quia tradendo claues videtur predicere vt seruent res suas: vt hic. item quia traditio clauium aliquid operatur. j. de contrahen. emp. l. clauibus. Econtra videtur quare q2

a Traditio clauium. Adde nũq̃d traditio clauiuz in dubio censeatur facta causa custodie et quid si clauib9 traditis iussit assignari an importet dominij translationem vel possessiõis vide barto. in. l. cũ pater. §. p̃r pluribus. ff. de lega. ij.

eoipso q̄ res inducte sunt in cauponam obligatus est. §.e.l. in fi. traditio clauium non est modus toll'. ob. vnde non liberatur propterea. ar. j. de act. et ob. l. obliga. §. placet. Item est liberuz recipere necessitatis restituere. ar. C. de ac. l. sicut. In questione ista potest ita distingui: aut ab initio ipse tradit claues intranti cauponam: aut ex postfacto. si ab initio et hoc sepe fit descendit viator anteq̄ deponat res suas de equo videt cameram: et ille dicit placet vobis sic: accipiatis claues et postea res inducuntur: aliquando primo inducunẽ res et postea accipiunt claues. vñ dicũt si ante res acceptas traduntur claues si dicit caupo accipiatis claues camere et seruetis res vestras quia nolo teneri: si dixit viator placet mihi: non tenetur ei: vt in princ. huius legis. † Sz si viator est sapiẽs debet dicere nolo stare hic: si tradit claues et non dicit seruetis res vestras quia nolo vobis teneri: sed dicit accipiatis claues vos ibitis per villã si tenerem claues non inueniretis me. hic ista traditio clauiuz non liberat eum ab isto edicto: quia non fit ob aliam causam: nisi vt iste facilius possit intrare non fit ad liberanduz: in dubio quid presumemus: certe contra istos latrones et quia coeunt cũ malis hominibus. §.e.l.j. §.j. vt tradiderit claues vt facilius ingredi possit. vnde in dubio tenetur de dolo lata leui et leuissima culpa. §.e.l.iij. §. ait pretor. maxime quia isti consueuerunt habere claues duplicatas. si autez primo recipiuntur res postea tradũtur claues: non est modus liberandi a rebus receptis. vnde tenetur. j. de fideius. l. si debitori. §.j. et arg. C. de act. l. sicut.

Hec actio. Hec actio ex secundo capite est in duplũ. h.d. et dicũt quidam totum duplum pena: equius videtur simplum rei persecutio aliud pena: ideo in heredem non datur. j. ead. l. §. hec iudicia: et hec actio in duplum est ex maleficio: et custodiatis vt vos cognoscatis hanc actionem in factum: si volo cõuenire nautam vt res restituat: hec actio est in simplum. §. eodem. l.j. §. hec actio. et tenetur de facto vectorũ. §.l.j. in fine. et. l.iij. si intercepit res meas vel illi quorum opera vtitur tenentur actio. in duplum et ex maleficio: et tunc tenetur de facto illorum quorum opera vtitur non vectorum: et vt prin. huius legis.

Et siquidem. Exercitor tenetur de facto nautaruz si naute dant inter se damnum nõ tenentur: sed quid si in naui est nauta et mercator debet illi dari: sed quid si illi sunt qui naute late dicuntur tenetur exercitor sic.

Si seruus. Seruus naute in rebus meis dedit damnum: nunquid tenebitur exercitor sic: et tenetur eorum nomine quia adhibuit tales homines: et ideo si decesserit ille cuius opera vtitur non propterea liberabitur exercitor. hoc dicit. iste. §.

Seruorum autem. Si serui exercitoris vel naute dant mihi damnuz tenetur exercitor nox. ac. non insolidum: si serui alieni dant dãnum quorum opera vtebatur tenetur insolidum. et est ratio q2 in alienis venia non est dignus: in suis sic. h.d. iste. §. videatis expositionem litere. [in factum] que est ex secundo capite: al's secus. §.e.l.iij. §. item si seruus.

Si plures. Si plures sunt exercitores nauis et vnusquisqz exercet nauim pro parte vnusquisqz pro qua parte exercet tenetur actio. in factum ex hoc edicto. hoc dicit secus si insolidum omnes exercent: vt. j. de exerci. l.j. §. finali.

Hec iudicia. Actiões in factum ex isto edicto sunt pretorie: preterea sunt perpetue. sz illa que datur ex secundo capite huius edicti. non datur in heredem. h.d. iste. §. videatis expositionẽ litere. [sint] et prima actio et secunda. s. quatenus rei persecutorie sunt. [vel hec iudicia] id est hec in factuz act. ex secundo capite. [sunt.] quantũ ad rei persecutionem non quantum ad penam: vel quantum ad penaz est perpetua sicut et furti. institu. de perpe. et temp. act. §. sed heredibus. [dantur] nisi in lit. conte. institut. de perpe. et tempo. ac. §. non tantum. sed ex primo capite datur heredi et in heredẽ. §.l.iij. §. hec actio.

Proinde. Si seruus exercet nauim et est mortuus dominus non cõuenietur de peculio intra annum: sed si filius vel seruus exercet domini vel patris voluntate conuenitur insolidum. hoc dicit iste. §. videatis expositionez litere. [non dabitur.] ex secundo capite: vt. j. de his qui deiece. l.j. §. si filius. sed hoc casu noxalis datur. §. eodem. l. seruorum. sed actio in factum ex primo capite datur de peculio. §.e.l.iij. §. item si seruus [receperint.] accedit. §.e.l.iij. §. si filius.

Explicit liber quartus.

Incipit

Incipit liber quintus.

De iudiciis et vbi quis agere vel conueniri debeat: et de foro competenti. Rubrica.

Talem rubricam si vultis eam recte habere debetis habere: primã partẽ.ff.que dicitur pro ea que continet in se quatuor libros habuistis: modo incipit secũda pars.ff.et durat vsq.j.de re.cre.et ista rubrica põt continuari ad superiora pluribus modis: et vno modo sic: de prepara.iu.de vocatione in ius: de edi. ac.habuistis: nũc de iudiciis est vidẽdũ: vel potest continuari. de iuris.om.iu.et de of.ma.est dictum: sed quia iudices exercẽt iurisditionem suam in iudi.ponit de iudi.vel potest continuari quia arbitria etc.s.de arbi.l.j.merito ex quo vidimus de arbi.de iudi.videamus.et no.quod dicit rub.dicit de iudiciis nõ de iudicio qd facit illa ratione quia duplex est iudiciũ: ciuile iudicium et criminale.j.de pe.l.in seruorum.in fi.et insti.de publ.iu.in princi.veruntamen de iudicio ciuili agitur in toto titulo isto: de criminali agitur incidenter.j.e.l.destitisse.sic.C.eo.agit de ciuili per totum titulum: incidenter de criminali.in.l.prope. sed de criminali agitur principaliter.j.de pub.iu.l.de act.verũ quia in iudiciis vnus agit alter conuenitur annectitur vbi qs agere: et quia quis agit vel conuenitur inspecto foro annectit de foro compe.et de prima parte rubrice agitur in omnibus legibus huius tit.de secũda parte rubrice: agitur principaliter. j.l.j.et.ij.de vltima parte rub.agitur.j.e.l.heres.et.l.omnem.

1 Prorogari potest iurisditio eius qui habet iuisditionem et tribunal vel iurisditionem tantum.
2 Prorogatio iurisditionis fit de persona ad personam et de re ad rem et de tempore ad tempus vbi exemplificat.
3 Consentire in non suum iudicem quando duo dicantur.
4 Clericus an possit prorogare iurisditionem alterius iudicis.
5 Dispositio huius.l.j.habet locum in maioribus et minoribus si consentiant autoritate legitimarum personarum.
6 Et quando habeat locum in filiisfami.ibidem.nu.6.
7 Iurisditio iudicis delegati potest prorogari.
8 Iudices cartularij nullam habent iurisditionem nisi inter consentientes.
9 Iurisditio prorogatur in criminalibus in eum qui alias habet iurisditionem de illis causis.
Et quid in causa liberali ibidem.
10 Prorogatio an possit fieri in his que sunt mixti imperij.



1 Si se subiiciant aliqui iurisditioni etc.† duo mutinẽses volebãt inuicem litigare.i.vnus ab altero.c.petere: dixit actor reo vellemus nos cõcordare corã quo litigare volumus: dixit ille volumus: et ita conueniunt inter eos quod adirent iudicẽ boñ.scientes eũ non suũ iudicẽ et submittere se iurisditioni eius: et sic illi duo mutinẽses scientes nõ suũ adierũt iudicẽ boñ.et actor obtulit lib.et litẽ fuerunt contestati: nunquid per talẽ consensum fecerũt eũ suũ iudicẽ: respõdet iurisc.quod sic: si enim duo mutinẽses subiiciunt se iurisditioni alicuius iudi.ord.vel deleg.sciẽtes eũ non esse suũ iudicẽ litem corã eo contestando faciunt suũ iudicẽ: et iurisditionem suã prorogant.h.d.et multi libri habent literã huius legis trãspositam: sed dz ita stare: si se subiiciunt iurisditioni eius iudi. qui pro tribunali preest vel aliã iurisditionẽ habeat et consentiãt inter consentiẽtes est iurisditio: et litera debet ita ordinari.[est] id constituitur iurisditio inter cõsentientes: si aliqui subiiciãt se iurisd.eius iudi.qui pro tribunali preest: vel aliam iurisditionem habeat et consentiant inter cõsentientes est iurisditio: vide te summariam expositionẽ litere.[aliqui.]non subditi. [iudicis]non sui.[preest].i.habet ordinariam iurisditionẽ.[vel aliam iurisditionem habeat]scilicet delegatam: nam ordinarius dicitur preesse tribunali.j.de bo.pos.l.si tamen.et.s.de minor.l.diuus.nam tria sunt que differunt est tronus: consistoriũ: pretorium et tribunal.tronus est dei: consistoriũ imperatoris: pretorium et tribunal est cuiuslibet ordinarij iudic. exponitur alio modo.[preest.]id est habet dignitatem cum administratione vt sunt illi qui sunt in actu iudicandi.[vel aliam] scilicet sine administratione vt sunt iudices cartularij [consentiant] scientes non suum adeundo eum et coram eo litem contestando [consentientes]quia si errarent crederent eum suum iudicem vel alter tantum erraret siue in iuris. vel in facto non dicuntur consentire.j.l.proxi.quia nihil tam contrarium cõsensui etc. s.de iur.om.iu.l.si per errorem[est]id est constituitur: vel prorogatur iurisditio. Et circa.l.istam insistendum est primo vt obiiciamus et respondeamus et disti. modo postea subiiciam questiones licet hic pauca scripta sunt. ista lex videtur velle si duo mutinenses scientes se de iurisd.iudicis mutiñ.et non boñ.et ex certa scientia adierunt boñ.et consenserunt in eum coram eo litem contestando faciunt suum iudicem qui nõ erat videtur cõtra.C.de iur.om.iu.l.priuatorum.breuis est responsio priuatorum consensus non potest etc. s. non habenti eam: sed vniuersitas professio corpus bene potest dare iurisd.non habenti eam. C.de iuris.om.iu.l.fi.sed licet duo priuati non possint dare iurisdi.non habenti: tamen priuatorum consensus iurisd. nõ sui iudicis possunt prorogare et extendere.nam iudex boñ. habebat iurisd.inter boñ.sed duo mutiñ.prorogãt quod facere possunt vt hic.et.C.de iur.om.iu.l.j.Unde no.† fit prorogatio iurisd.de persona ad personam: et de re ad rem: et de tẽpore ad tẽpus.fit de persona ad personam vel de personis ad personas si duo mutiñ.scientes se non subiectos iurisditioni boñ. adeunt coram eo litem contestando: vt hic.sed et si duo priuati qui nõ sunt de iurisd.proc.cesaris: immo presidis prouincie: quia preses habet cognoscere inter priuatos.vñ si duo priuati adeunt procur.cesaris iurisd.suam prorogant.C.de iuris.om.iudic.l.j. Item est exemplum duo laici non sunt de iurisd.dñi epi boñ. in temporalibus.si ex certa scientia consentiant in episcopum coram eo litem contestando prorogant iurisd.suam.C.de epi.audi.l.episcopale. Idem dicimus doctores iuris ciuilis et canoñ. magistri liberalium artium sunt ordinarij iudices inter scholares suos: vt.s.in prohe.huius lib.in fi.et in cõsti.habita si duo scholares alieni vel duo ciues scientes se non subiectos iurisditioni mee velint in me consentire coram me litem contestando prorogant iurisditionem meam: et in ista prorogatione que fit de persona ad personam non requiritur consensus iudi. sed litigatorum.j.l.proxi.in prin.et.§.cõuenire.fit prorogatio de re ad rem.quidam iudices de certis rebus possunt cognoscere. nã defensor mutiñ.olim vsq ad.l.aureos.C.de defen.ci.l. defensores.hodie vsq ad.ccc.in aut.de defen.ci.§.audient.indubitanter si volunt subditi quod cognoscat de maiori summa possunt facere vt probatur.j.e.l.de qua re.§.j.sed nũquid in ista prorogatione requiritur consensus iudi.videtur quod non.j.l.proxi.§.cõuenire.ecõtra videtur quod sic.ad instar prorogationis que fit de tempore ad tempus.j.l.proxi.§.sed et si iudex. et potest dici vt dicit az.quod sic: vel potest dici quod requiritur consensus iudi.ĩ prorogatione que fit de tempore ad tempus non in alia quia si in vno permittitur etc.j.e.l.cum pretor.fit de tempore ad tempus delegat imperator causam cognoscendam et terminandã infra sex menses: verum si litigatores velint prorogare licebit nisi delegans vetasset: et in hac sola inuenitur quod non consensus iudi. est necessarius.j.l.proxi.§.sed et si iudex. Ultra procedendum est et statim subiiciamus determinationem aliquam ad.l.istam l.ista est intelligenda quando duo non subditi scientes se non subditos sue iurisdi.adeunt vt iudicem et consentiunt in eum vt in iudicem tunc suum faciũt iudicem.secus si duo mutiñ.adirent vt arbitrum si adeunt vt arbitrum aut iudicem mutiñ.non valet.s.de arb.l.sed si in seruum.§.sed et iudex. aut in iudicem boñ.et compromittunt vt in arbitrum quod facere possunt. C.de epi.aud.l.si qui.quo casu faciunt eum arbitrum non iudicẽ: nec iurisditio prorogatur quia arbiter habet tantum notionẽ. j.de re mi.l.ait.sed quomodo sciemus nos si adierunt vt iudicẽ aut vt arbitrum: certe sciemus ex verbis: si enim in actis continetur quod adierunt vt iudi.dicemus vt iudex si vt arbitrum vt arbiter aditus est.s.de pac.l.iurisgẽ.§.pactorum. si ex verbis nõ apparet recurremus ad precedentia aut tractabãt de iudice eligendo tunc elegerunt vt iudicem si de arbitro vt arbi. quia precedentia etc.j.de leg.j.l.si seruus.in fi. quid si de precedentibus non apparet recurremus ad exteriora si scriptum est quod adierũt cum pena tunc adierunt vt arbitrum.s.de arb.l.iij.§.ait.et.l.litigatores.§.interdum.nam exteriora etc.j.de diuor.l.quod ait.§. illud.et.C.de te.l.nõ codicillum.si nõ ex verbis vel precedentibus vel exterioribus apparet: in dubio faciẽda est interpretatio: vt res etc.j.de re.du.l.quotiẽs.ista est pars benignior: quod adierunt vt iudicẽ vt ex eius sentẽtia detur actio et exceptio: sed ex sentẽtia arbitri nõ daret act.vel excep.C.de arbi.l.j.et.s.de arbi. l.ij. Modo alia sunt examinãda: et circa.l. istam subiiciam multas qstiones: et statim volo subiicere duas qstiones tanquam preãbulas
3 ad sequentia † et quero qñ dicunt duo nõ subditi consentire in non suũ iudicem. Dicunt consentire eoipso quod adeunt eum et coram eo libellũ offerũt.an ita demũ si ex certa sciẽtia corã eo lit. contestent. Dixerunt quidã eoipso quod adeũt et offerunt libellũ pro istis est ar.j.de inof.test.posthumus.in fi.et.l.seq. et in aut. de litig.in prin. Sed verius est vt dicamus sicut dixerũt Jo.et az.vt si duo nõ subditi ex certa scia adeũt nõ suũ iudicẽ offerendo libellũ quod adhuc possunt penitere ante lit.cõte.s.de iur.om. iu.l.conuenerit.nec ob.quod li.est oblatus: quia nõ videtur etc.j.eo.l.

nō videt̃.Sed tūc dicunt̃ eum facere suū iudicē quando coraz
eo sunt lit.contestati ex certa sciētia sciētes nō suū iudicē esse:
1 ☞ In loco qui debet seruitutem nihil faciendi non possunt silue vel herbe excrescentes poni

1 **Cum in domo.** †Quidam locus erat in domo gaij seij q̄ locus fuiebat ꝓ diuiso domui annei: verũtamẽ iste modus apposit⁹ erat in seruitute: q2 ille anneus nõ posset in loco qui sibi seruiebat aliq̃d ipositum habere vel seius non debebat aliquid ponere: sei⁹ postea in illo seuit vel plantauit siluã vel teneras cucumellas: nũquid ille anneus poterit dicere seio: tu facis cõtra debitam seruitutem? certe oẽs iurisconsulti responderunt vt tu possis agere cũ seio negatoria actione vt haberet aliquid contra debitã seruitutem. hoc dicit. [locus.] pro diuiso.ff.de seruitu.l.ij. [labra] fructus sunt. [oẽs] iurisperiti interrogati de questione ista. si mile habuistis.ff.qui satis.cog.l.inter omnes.

1 ☞ Parieti alterius nõ licet aliq̃d imponere propter quod paries deterior fiat.

1 **Scdm cuius.** †Vicinus tuus iuxta parietẽ tuũ fecit sterquiliniũ ⁊ sterquiliniũ ledit parietem tuũ: nũquid poteris conuenire vicinum vt tollat? Respondet̃: si erat positũ in publico poteris ɔuenire interdicto ne q̃d in loco publico fiat. si autẽ habet positum in suo ꝓuato poteris ɔuenire negatoria actione si paries tuus est liber: sed si cum fecit sterquilinium: cauit de dãno infecto poteris cõuenire eum ex cautione dam.infec. si quid dãnum factum est. h. dicit. [scdm̃] .i. iuxta [iterdicto] ne quid in loco publico fiat ff.ne quid in loco publi.l.ij. [agere] negatoria actione.ff.e.l.fistulas. [seruare] videtur contra. stipulationem damni infecti non committi.ff.de aqua pluuia.arcen.l.iij.§.si vicinus. Dicũt quidam: ibi vicinus fecit in suo: hic in alieno. que solutio non est bona: hic faciebat in suo ⁊ nõ licet facere in suo vt noceat.ff. eodem.l.sicuti.§.aristo. potest dici si datur damnum propter vitium loci non committitur si propter vitium operis datur dãnũ committitur vt hic.

1 ☞ Agentes confessoria pro seruitute ⁊ interesse reo ɔtumace mittitur in possessionem omnium bonoꝝ a qua non recedit nisi fuerit integre satisfactum.

1 **Si cuius.** †Habebã ius ducendi aquã per fundum tuũ ad meum irrigandũ familia tua ꝓhibebat me iniuste ducere aquã debeo te conuenire confes.actione ⁊ seruitur. vendicare et petere vt prestes patientiã aqueducende: si tu compares ⁊ ꝓbo deberi seruitutem: iudex condemnabit te vt prestes patiẽtiã. si nõ compares iudex feret interlocutoriam contra te et mittet me in possessionem bonorum tuorum ⁊ te reuersum non audiet nisi paratus sis suscipere iudicium super confes.act. ⁊ nisi oẽ damnũ refundas quod propterea sum passus. hoc dicit. [possit] confessoria actione. [possideri] ex eo q̄ erat contumax in non veniendo ⁊ loquitur fm antiqua tempora fm que ferebatur interlocutoria contra eum ⁊ videbatur bona possidere.C. de bonis auto.iudi.possi.l.cum proponas. hodie cõtra. in auth. ibi signata. vel remittitur in possessiõem rei petite si agitur in rem. vt.C.vbi in rem act.l.ij. Alij dicunt speciale in confessoria actione vt mittatur in possessionem omnium bonorum. [exrusset] quia in confessoria actione veniunt fructus.ff.e.l. et si forte.§.finali.

1 ☞ Sententia lata contra vnum ex socijs non preiudicat ceteris si eius culpa acciderit secus si dolo.

8 **Si de cõmuni.** †Si seruit⁹ debetur cõmuni predio meo et tuo ⁊ ago confessoria actione: ⁊ succumbo tibi nõ nocet: sed si colludo cum aduersario ⁊ patior me succumbi tibi subuenitur de dolo nomine doli vel actione negociorũm gestorum contra illum poteris agere prima et si excipiatur de re iudicata replicabis de dolo. hoc dicit. [intendit] quia cuilibet competit actio insolidum.ff. eodem.l. loci.§. si fundum. [esse] quia alteri per alterum ⁊c.ff.de regulis iuris.l.nõ debet. [de dolo] idest nomine doli communi diuidun.ff.communi diuidundo.l.si quis.§.siue alij. vel de dolo: id est doli nomine act. negociorum gestorum.ff. de negoc. gestis.l.qui aliena. in fine. sed prior expositio verior est: sed contra aduersarium agã prima: si excipiat de re iudicata replicabo de dolo.ff.de dolo.l. si cum a te. verũtamen ad cetera damna agã nisi paratus sit subire iudicium si sub hac exceptione collusum est.ff.de dolo.l. ⁊ eleganter.§.si duo.

1 ☞ Negans rem videtur velle vt ei concedatur seruitus per aliam rem propriam prout ipse vtebatur.

1 **Testatrix.** †Quedã mulier habebat fundum: iuxta fundum habebat casas que erant ei iuncte: sed fundo non cedebant: veruntamen ad istas casas non aliter q̄ per fundum ire poterat: ⁊ forte iste fundus aliquãdo debuit seruitutem eundi casis: postea legauit eas: nũquid heres poterit excipere seruitu. eundi per fundum illum? Respondetur q̄ sic. hoc dicit. quod est intelligendum si case aliquo tẽpo

re habuerunt seruitutem eũdi in fundo vel testator voluit hoc als legatarius prestaret aditum.sic soluitur contra.§.de serui tutibus vrbanorum predio.l.olimpico. 1

1 ☞ Predium vniuersitatis potest seruire predijs singulorũ ꝛ ius seruitutis transit cum predio dominante quocunque titulo concedatur nisi specialiter sit exceptum.

1 **Plures.** †Municipes sancti Joãnis in persiceto soliti erant mittere pecora sua ad aliquem saltum: postmodum aliqui eorũ vendiderunt partes suas: nunquid enim debetur idem ius emptoribus quod debebatur venditoribus vel si alia predia emerent in quibus tenent pecora: nunquid eandem seruitutem prediorũ quesitorum habent? Et respondetur si actum fuerit inter eos hec seruitus cedit emptori ꝛ debetur pro predijs postea acquisitis ꝛ emptis: sed si hoc nõ est actum dicẽdum est ꝙ seruitus sequetur predium ꝛ debetur pro predijs postea acquisitis.hoc dicit.[saltum cõmunem].i. ius mittendi ad pascendum ad quẽdam saltum.[transire] q̃a seruitutes predij sequũtur predium.§.de seruitut. rusticorum prediorum.l.via.§.si fundus.[legatario.] Sed dic mihi quomodo potest esse ꝙ municipes in saltu communi habeant seruitutem predialem non: quia res propria vel communis nemini seruit.§.de seruitu.vrbanorum prediorum.l.in rem.personalem non: quia res propria nemini seruit.§. si vsufruc.pet.l.vti. Respon.saltus non erat communis proprietas erat alterius: sed habebat ius mittendi ad pascendum pecora.§.de seruitut. rusticorum prediorum.l.pecoris.vel possum dicere: iste saltus erat communis.si dicis in re communi nõ potest esse seruitus: verum est duorũ vel trium: secus si esset vniuersitatis.quia qđ est vniuersitatis non est singulorum.§.de in ius voc.l.sed si hac.§. qui manumittatur.j.de questionibus.l.j.§.fuit.

1 ☞ Agi potest vt aqua inueniatur ꝛ inuenta ducatur.

1 s **Aqua.** †Duo iurisconsulti sedebant in vno banco dominus Labeo ꝛ dñs Paulus: venerunt duo rustici ꝛ proposuerunt talem questionem: ego dixit vnus rusticus huic vicino volo cõcedere talem seruitutẽ aqueducẽde si apparebit in fundo meo liceat aquam ei ducere ad fundum suũ irrigandum: dixit Labeo: hoc esse non potest vt constituatur seruitus aque que nondum apparet.dixit Paulus contrarium puto: credo ꝙ bene possit donari vel vendi seruitus aque non apparende ꝛ quesite ꝛ retinende.hoc dicit.[ducere licere].§.de seruitu.rusticorum prediorum.l.labeo.

Quemadmodum seruitutes amittantur vel retineantur. Rubrica.

De seruitutibus in genere constituendis ꝛ acquirẽdis. de seruitutibus in specie: de vrbanis ꝛ rusticis ꝛ de earum vendicatione habuistis: verum quia seruitutes plerũque amittuntur ꝛ retinentur dicit rubrica quẽadmodum seruitutes ꝛc.nã quãdiu non amittuntur retinentur ꝙdiu retinentur non amittuntur: ꝛ contrariorum ꝛc.§.de his qui sunt sui iur.l.j. ꝛ circa primam partem huius rubrice ita in genere pono casum huius tituli prediales seruitutes perduntur tribus modis cõfusione: non vtendo: acquisitione. confusione si redimo prediũ seruiẽs meo.j.l.j.Item perduntur non vtendo decem inter presentes: viginti inter absentes si habent causam continuam vel iterpollatam modicam tamen.C.de seruitu.l.penul.ꝛ.l.fi.vel duplicato tempore si habẽt causam interpollatam magnam tamen.C. de seruitu.l.fi.ꝛ.j.e.l.si sic.perdũtur etiam acquisitione.j.e.l.is cuius.in fi.morte vel capi.di.non perduntur.j.e.l.iura.retinẽtur tribus modis.si enim vtar tota seruitute retineo seruitutẽ: sed si vtar parte seruitutis retineo seruitutẽ.j.e.l.ij.sed retinentur tertio modo si non vtor si socius meus vtitur: vel fructuarius: vel bone fidei possessor: vel alius meo noĩe.j.e.l. seruitutes.ꝛ.l.nam satis.ꝛ.l.vsus.ꝛ.l.fructuarius.cum.l. sequenti.



Eruitutes prediorum. Si predium tuum seruit predio meo simul efficior dominus tui predij: quia vendis ꝛ donas vel efficiaris dominus predij mei ex quo idem inuenitur dominus predij qui seruit ꝛ cui seruitur confunditur seruitus.hoc dicit.concor.§. de seruitu. vrbanorum prediorum.l.si quis edes.sed lz hic confundatur aliquã certis casibus restituitur.§.de seruit.l.pomponis.j.de heredi. ven.l.ij.§.penultimo.ꝛ vbi idẽ efficitur dominus vtriusque predij confunditur seruitus illa ratione: quia res propria nemini seruit.§.si vsufru.pe.l.vti.

1 ☞ Seruitus tota retinetur propter vsum partis quoad cõmoditatem.

q **Vti iter.** †Habebam iter ꝛ actum.i. seruitut. actus ꝛ per hoc cõmoditatem itineris ꝛ actus: statuto tempore ad amittendam seruitutem itineraui sed non egi: nunquid retinetur tota seruitus? Respondet ꝙ sic.hoc dicit.[qui iter ꝛ actum] non intelligatis ꝙ habeat seruitutem itineris ꝛ seruitut.actus: quia diuerse sunt seruitutes.§.de seruit.rusticorum prediorum.l.j.vñ si vna vtor alia non: qua non vtor illam perdo.§.de seruitu.vrbano.predio.l.si domus.sed debetis exponere vt exposui in littera.[ierit] sed non egerit[aiunt] quare? quia est vna seruitus: vnde non potest pro parte retineri.§. de seruitu.rustico. pdio. l.via.ꝛ.j.e.l.nam satis.§.si ego.plene dicam.

1 ☞ Seruitutes personales pereunt morte ꝛ capit. diminutione: non autem reales ꝛ quare.

i **Iura.** Si predium tuum predio meo debet seruitutem: illa seruitus non põt perire morte mea vel cap.diminu.hoc dicit.[iura] idest seruitutes prediales.simile no.§.de seruitu. vrba.prediorum. l.j.[traditum est] hic consueuit formari tale quare: qdã scho-
1 laris fecit istud quare: ꝛ dicebat rñderi non posse quare †seruitutes prediales non pereunt morte vel ca.di. personales vt est vsufru.ꝛ vsus pereunt morte vel cap. di.habitatio perit morte non ca.diminu.§.de vsu ꝛ habi.l.habitatio.istud quare est soluere leue: seruitutes personales debent. personis: persone sunt momentanee vnde morte ꝛ cap.diminu. pereunt.sed pdia sunt perpetua: vnde non pereunt communiter morte vnde seruitu. prediorum morte ꝛ ca.diminu.non perduntur: sed alijs modis vt dixi in rubrica.

i **Ter.** Si aliquis habet seruitutem itineris per fundum tuũ ad sepulchrum suũ.non vtẽdo non perdit istã seruitutem.hoc dicit. quare nõ? quia posset esse ꝙ nullus de familia sua decederet p.xxx. vel.xl.an.vnde quare ires ad sepulchrum.preterea illa seruitus accedit loco religioso.j.de mor.infe.l.longa.

s **Eruitus.** Fundus tuus dz seruitutẽ fundo meo: illam seruitutem possum retinere per me ꝛ per sociũ si ea vtatur: ꝛ per vsufructuarium: ꝛ etiam per bone fidei possessorem qui fundum meum bona fide possidebat.hoc dicit.[retinetur] ꝛ per quẽlibet aliũ retinetur.j.e.l.vsus.ꝛ.l.vsufructus.ꝛ.l.vie.ꝛ.l. suitutẽ.

Nam satis.

1 ☞ Differentia que sit inter lõgitudinẽ vie ꝛ latitudinem vie.

2 Si vna est via indiuisibilis est: ꝛ ideo vel tota amittit. vel tota retinetur: sed si de vna fiant due potest vna amitti ꝛ alia retineri ꝛ econtra.

3 Pactum quando aliquid possit qđ non possit prescriptio: et quando econtra quando plus possit pactum ꝙ prescriptio.

Si ego via. Iste.§.reputatur valde difficilis: ꝛ dominus Az.scripsit magnam glo.ꝛ lõge maiorem qui hñt suũ apparatum ꝙ qui habent alias glo.quare? quia in glo.sua non solũmodo voluit esse legista: imo voluit docere geometriam sed non est difficilis sed est pulcher.§. ꝛ non habet nisi vnum contrarium.tñ vt intelligatis geometriã dñi Azo. ad euidentiam huius.§.ita no.differentiã inter longitudinem
1 vie ꝛ latitudinem vie: ꝛ de istis Isidorus bene tractauit: †vos dicetis longitudinẽ vie ita esse.ponamus: ista domus est meum predium per illud mediũ hostium fit illa ꝛ protendit. vsque in finem domus: si iste fundus est cõmunis mihi ꝛ tibi ꝛ diuidamus per medium sm longitudinem vie necesse est ꝙ pars vie veniat in tuo fundo pars in meo: sed diuidamus fundũ p latitudinem vie si pars vie est tantũ in tuo fundo quantũ in meo.verbi grã: iste fundus cõmunis.ponamus: per hostiũ protẽditur vsque ad medium fundi: vnde diuidamus per latitudinẽ: si tu ingrediens per hostiũ ꝛ vadis vsque ad istũ locum: vadis tamẽ per meũ ꝛ tuũ.vnde dicit. fieri per longitudinẽ vtrque habeat suã partẽ ab introitu vie vsque ad finẽ. dicit. diuidi per latitudinẽ qñ intercidit via ita ꝙ vnus hz partem suam vsque ad partẽ dimidiam vie alius aliã partem vie: a dimidia vie vsque ad finem ha-
2 beas. †His pmissis iurisconsultus: primo format duas qstiones.scđo determinat primam indistincte: scđam cũ distinctiõe. Prima questio est cũ fundus pluriũ debet vnico fundo seruitutem vie: ponetis ita exẽplum.fundus meus mihi ꝛ tibi pdio vicino seruitutẽ vie debebat ego ꝛ tu diuisimus certis regionibus: vicinus iuit per tuam partem non per meam per tantum tempus ad amittendam seruitutẽ: nunquid perdis seruitutem vie in tua parte? ꝛ statim respondeamus: ꝛ est dicendũ ꝙ pars tua liberatur seruitute.nã debet sola mea pars: ꝛ pinde est censendũ hoc casu ac si duo fundi ab initio habuissent suitutẽ vt i meo fuit

meo fuit vsus seruitutis: in tuo non: in meo retinet: in tuo perdit. Sed dicet aliquis: magna iniuria fit vicino si facta diuisione huius fundi vtendo vna parte retinet seruitutem: quia si non esset facta diuisio retinendo partē retinet in totū: ergo diuisio nocet domino quod est iniquum? Respondet iurisconsul. licet ista diuisio videatur afferre iniuriam: tamen aliud affert cōmodum: quia ante diuisionem habebat vnam seruitutē post diuisionem incipit habere duas. hec est prima questio et eius determinatio. Secunda questio et determinatio est econtra. ponamus: duo sunt vicini et habent seruitutem in fundo vicino: vnus vtitur alter non? certe qui vtitur ad suam partem retinet seruitutem: qui non vtitur constituto tempore perdit seruitutem: sicut si ab initio duobus fundis seruitus deberetur. vbi ergo fundus vicinus debet seruitutem fundo communi duorum si fundus remanet indiuisus: si vnus vtitur seruitute retinet in totum siue remanet indiuisus: sed diuiditur vtēdo in vna parte eam retinet alter: alius non vtendo eam perdit. refert tamē et ita incipit Azo ponere casum huius. §. aut vnus fundus debet seruitutem fundo plurium si fundus non diuiditur si vnus vtitur retinet: si alter non vtitur perdit: sicut si ab initio duobus fundis seruitutem debuisset. nec potest dici vicinis facta est iniuria quasi deberet seruitutē in fundo meo duobus: quia sequitur hanc incommoditatem: quia si vnus vtitur retinet seruitutem: si alter non perdit. aut fundus plurium debet seruitutem vno fundo: quo casu si non diuidit vicinus vtendo in partem totam retinet. si diuiditur: aut diuiditur secundum longitudinem vie: indubitanter est dicendum quod vtēdo vna parte retineat seruitutem et in alia.. Si autem diuiditur per latitudinem vie: certe si vtitur vna parte non alia duo videntur fundi esse: vnde si in qualibet parte est tātum spacij quod sufficiat ad viam. si vtitur vna illam retinet: si non vtitur alia: illam perdit. sed si dictum esset per quācunque partem posset ire. et si legasset vnam partem posset mutare. dicēdum est hoc casu due sunt seruitutes. vnde vna vtendo eam retinet: alia non vtendo perdit eam. Sed dicet aliquis: ista diuisio eis nocet? respon. sequitur aliam cōmoditatem: quia ante diuisionē habebat octo pedes in porrectū. xvj. in anfractū. modo facta diuisione habebit octenos in porrectum: et bissenos denos in anfractum. hoc dicit. [si ego] sub. potius.] fundum] vicinum [nobis] idest fundo cōmuni [fuero] post fundum communem diuisum inter nos. [constituto tempore] ad amittendam seruitutem: vt. j. l. proxima. et. C. de ser. et aqua. l. vltima. [amiseris] ista est prima questio. [et econtrario] modo annectit secundam questionem que est ecōtra. [debebatur] facta diuisione regionibus. [celsus] icipit determinatio prime questionis. [ei] idest fundo cōmuni [vsurpat]. i. retinet seruitutē [nec amplius.] nunc respon. oppositioni que posset fieri. [proficit] al's prospicit. Or signori istam questionem primam et eius decisionem ita breuiter tenebitis: si fundus vicinus debet seruitutem fundo communi: si fundus cōmunis non diuiditur siue ambo vtantur siue alter retinetur seruitus. s. l. proxi. si diuiditur regionibus perinde est ac si ab initio fundus vicinus deberet seruitutem duobus: quo casu siue retineo seruitutem si non vteris perdis seruitutem: nec dicas: fit iniuria vicino: quia primo debebat seruitutem vni modo duobus. assequitur aliam commoditatem: quia si nō esset diuisus vnus vtendo totam retinet seruitutem: facta diuisione vtitur retinet partem suam: si alter non vtitur perdit partem suam. et ita qui in vno grauatur etc. j. de iureiuran. l. eum qui. [sed si is] icipit determinatio secunde questionis [habet] scilicet vicinus cui debetur seruitus in vna parte vtatur in alia non vtatur. [fuisset] quando de meo erat in partē cuiuslibet per quamlibet iri possit: al's secus. j. e. §. ceterum. Hec littera vult istud dicere: si fundus communis debet seruitutem fundo vicino si cōmunis diuiditur per longitudinem vie et dicitur diuidi per longitudinem vie: vt dixi ad huius. §. euidētiam si pars vie que mihi veniebat ad partem meā non erat sufficiens: hic si vtitur parte mea ita sicut si nō esset diuisus retinet in toto fundo ita ī casu isto: sed si illa pars sufficiebat ad partem meam hic quasi essent duo fundi: si vtor parte mea retinetur seruitus in tua non retinetur si non vteris: vt probatur in ver. ceterum. vt sequitur [per latitudinem] dicitur diuidi per latitudinem vt dixi ad euidentiam huius. §. cum casu. [fuerat] vnde si vadit per partem meā retinet seruitutem ad partem alterius. [cōuenit] et ita potest illud pactum quod non potest prescriptio: quia prescriptio nō potest liberare vnam partem tm̄ sed pactum potest: nec mirum: quia pactum est consensus duorum. s. de pact. l. j. prescriptio currit interdum ignoranti. C. de prescriptio. xxx. annorum. l. sicut. aliquando ecōtra plus potest prescriptio quia dat iurisditionem saltim voluntariam: vt. C. de eman. l. j. quod non facit pactum C. de iurisditione omnium iudicum. l. priuatorum. certe iste versiculus refertur quando facta est diuisio per longitudinem vie. alij referunt ad proxime dicta [permanebit] si in altera parte non remanebat tantum de loco quo poterat ire [ceterum] nūc refertur ad eū casum quando non erat dictum vt posset ire per certum locum. [retinet] vtendo [nec me] respondet oppositioni que posset fieri. [ante] idest factam: scilicet diuisionem. [possit] facta diuisione. [in anfractum] scilicet habere. Or signori no. certa notabilia postea videbitis rationem diuersitatis cur aliud si diuiditur per longitudinem: aliud est per latitudinem. vltimo signabimus vnum contrarium. no. statim cum quis grauatur in vno etc. hoc colligitur in fine huius. §. ceterum. et in versiculo contra. accedit. j. de iureiurando. l. eum qui. et. s.

3 ex quibus causis maio. l. j. † Item nota hic aliquid potest pactum quod non potest prescriptio. si facta est diuisio fundi seruientis per latitudinem si vtor in vna parte totum retineo: tamen vicinus dominus fundi potest vnam partem sine alia liberare: et ita plus potest pactum quam prescriptio: aliquando econtra. plus potest prescriptio quam pactū: vt. s. dixi. similiter aquam possum ducere ex cōsuetudine non ex pacto. j. de aqua pluuia. arcenda. l. si prius. §. j. Sed que est ratio diuersitatis: quare si diuiditur fundus communis seruiens per longitudinem vie et tantum est in parte cuiuslibet de loco vie quod vicinus cui seruit ire possit: quod perinde est ac si ab initio duo fundi deberent seruitutem: secus si non esset tantum de loco: tunc nō debet idem dici ac si duo fundi essent constituti. aliud si diuiditur per latitudinem perinde est ac si fundus remansisset indiuisus: ratio est illa. primo casu quisque habet viam a capite vsque ad finē vie: sed tantum est spacij per cuiuslibet partem iri potest. apparet quod duo sunt fundi: igitur due seruitutes: si vna vtitur altera nō vnam retinet alteram perdit. s. de seruitu. vrbanorum prediorum. l. si domus. sed vbi fit per latitudinem quisque habet suam partem integram quatenus sua pars diuisa. hic perinde est ac si non esset diuisus: al's si non esset diuisus: sequeretur ergo quod medium predium quod nō seruiret impediret seruitutē. s. de seruitu. rusticorum prediorum. l. qui sella. igitur debet cēseri vna seruitus. s. de seruitutibus. l. vna est via. Sed denuo ad id quod dicitur in fine huius. §. signatur contrarium. si est dictum quod vadat per certum locum. et quod possit si elegit ire per vnum locum mutare viam. hic videntur due seruitutes si in vna parte vtitur in ea retinet si in alia non perdit: nec potest conqueri: quia nunc habebit bis octo pedes. l. contradicit. quod non licet sibi mutare. s. de seruitutibus. l. si cui. in princip. Ad quod potest dici duobus modis. vno modo illud est verum de rigore secus de equitate que preualet. C. de iudic. l. placuit. Vel potest dici ibi erat via simpliciter constituta hic erat constituta per certum locum et dictum erat quod si vellet mutare posset. Vnde nota tres casus: aut constituitur via simpliciter: nec dicitur quod mutare possit nō licet: vt in. l. contra. si per certum locum: et non est dictum quod mutare possit non licet. s. de seruitu. vrbanorum predio. l. si mihi. §. j. aut est constituta per certum locum: et dictū est quod possit mutare quo casu licet vt hic. Et ad solutionem huius contrarij ita distinguo: aut vnius fundus seruit vni: aut plurium vni: aut vnius seruit fundo plurium: aut plurium pluribus. si fundus vnius seruit fundo vnius tuus proprius seruit meo proprio: hic siue nullo modo vtor siue nullus meo nomine perdo seruitutem cōstituto tempore. C. de ser. et aqua. l. penultima. si autem vtor vel alius meo nomine retineo seruitutem. j. e. l. vsus. et. l. fina. si autem fundus plurium debet seruitutem fundo vnius: aut remanet indiuisus si nulla parte vtaris perditur seruitus si aliqua parte vtaris in totum retinetur seruitus. s. de seruit. l. via. Si diuidatur: aut per longitudinem vie: aut per latitudinem: tunc habet locum iste. §. in decisione secunde questionis. Si autem fundus vnius debet seruitutem fundo plurium remanet indiuisus et vtitur in vna parte in totum retinet: vt in prima qstiōe huius. §. si fundus plurium debet seruitutem fundo plurium si vnus vtitur vel in parte retinetur seruitus eis indiuiso: vt in l. vna est via. si diuiditur plures fundi incipiūt esse si vnus parte vtatur si est indiuisus in totum remanet: si est diuisus in sua parte retinet. supra de seruitut. rusticorum prediorum. l. vie. in fine.

1 ☞ Seruitus que nō habet quotidianū vsum vtendo amittitur tempore constituto duplicato.

1 Si sic. † Si ita cōstituatur seruitus vt aqua ducatur si habet tempus interpollatum magnum vt vtatur alternis annis perditur tempore constituto decem inter presentes: viginti inter absentes. hoc dicit ista lex. [duplicato] idest viginti inter presentes: quadraginta inter absentes. vel dicatis decem inter presentes. xx. inter absentes. C. de seruitu. et aqua. l. vlt. [amittitur]. C. de seruitu. et aqua. l. penulti. [sit]

Nota. in lege ista si seruitus habet causam ꝯtinuam vel interpolatam modico interuallo perditur decem annis. inter presentes: viginti inter absentes si habet causam interpolatā magno interuallo: tunc perditur tempore duplicato. C. de serui. et aqua. l. fina. nec obstat. j. de aqua plu. ar. l. si prius. quia lex illa intelligitur ſm determinationem huius legis: nec obstat. j. de aqua quoti. l. hoc iure. §. ductus. quia loq̄tur in seruitute aque acquirende non perdende.

☞ Seruitutis ius amittit qui permittit edificari in loco seruiente.


I stillicidij. † si habeo seruitutem stillicidij imittendi ⁊ ꝑmitto edificare inquātum velis videor remittere seruitutem: sicut si per fundum tuum ⁊c. vnum sciatis. si habeo seruitutem itineris in fundo tuo per partem itineris eundo in totum retineo seruitutem. hoc dicit ista lex. [amittam] secus si concedo edificare vt possis recipere stillicidium meum. s. de seruitu. verbanorum prediorum. l. si domus. s. de seruitu. rusticorum prediorum. l. si via.

Si in parte agri. Si habeo ius aque īmittende per fundum tuum siue vadat per partes predij vel in totum in totum retinet̄. hoc dicit. accedit. s. l. proxi. in fi.

☞ In diuiduis retinet quis per sociū quod per se non pōt.

Si cōmunem. † Pupillus ⁊ ego habebamus fundum cōmunez cui seruitus debebatur nec ipse est vsus nec ego: perditur seruitus? non: quia non currit prescriptio pupillo: nec mihi cum seruitus vie sit indiuidua. hoc dicit ista. l. [retineo.] hic est fauor pupilli nulla prescriptio currit minor xxx. vel. xl. an. C. de prescriptio. triginta annorum. l. sicut. ergo non ista: si pupillo non currit nec mihi: quia seruitus est indiuidua. sic. s. si ser. vendi. l. loci. §. si fundus. sic factuz socij prodest socio. C. de diuer. rescrip. l. j. regulariter contra. quia res inter alios acta ⁊c.

☞ Qui vtitur alio tempore ꝙ quo sibi debet̄ seruitus seruitutem amittit non vtendo.

Si is. † Si quis habet seruitutem aqueducende de nocte ⁊ ducit de die perdit sicut qui habet aqueducēde seruitutem certis horis ⁊ duxit alijs perdit. [amisit] tanto tempore cuius non extat memoria. j. de aqua quotidiana. l. j. §. vsus.

☞ Qui vtitur seruitute plus debito seruitutem retinet.

Si is cui via. † Si habeo seruitutem vie vel actus ita ꝙ debeaz ducere vehiculū certi generis vel certuz pondus si posteavtor aliquo genere vehiculi ⁊ minori pondere: nihilominus retineo seruitutem. hoc dicit ista lex. [non cōmittitur] quia in eo qđ plus est ⁊c. j. de in litem iur. l. cum furti. [habere] obstante doli exceptione. s. de ser. l. iiij.

☞ Iure concedentis resoluto resoluitur ius seruitutis concesse ab eo.

Heres. † Testator instituit me herdē ⁊ fundum legauit sub conditione: heres imposuit seruitutem pendente conditione: postea conditio extitit: nūquid seruitus extinguitur? certe sic. sed si seruit⁹ fuerit acquisita fundo legato legatarium sequitur. hoc dicit.

☞ Seruitus retinetur per quēcūq; vtentem ⁊ etiā per aquā naturalem currentem.


Qui fundum alienū bona fide emit. † In lege ista dicitur fundū alienum a non domino bona fide emi: seruitute indicta: illi fundo ego bone fidei emptor vsus sum: nunquid retineo seruitutem illam? certe sic. sed illum fundum precario possedi vel vt predo ⁊ vsus sum illa seruitute: certe non refert iuste vel iniuste possideam: quia retineo seruitutem: sed si seruitus aque debet̄ fundo ⁊ aqua sua sponte fluat ad fundum siľr hoc modo seruitus retinetur. hoc dicit ista lex. [retinet̄] accedit. s. e. l. nam sat̄. nō solum retinetur per bone fidei possessorem: immo per male fidei. vt. j. dicit. ⁊. j. e. l. deniq;. [profluxit] ad funduz cui debebatur seruitus aqueducende [scriptum est.] Not. in lege ista si habeo seruitutem per fundum vicinum ad fundum meum vie ⁊ actus ⁊ aqueductus: siue ego dominus vtor: siue bone fidei possessor: vel male fidei: vel ali⁹ nomine meo: siue aqua per seipsam fluat retinetur seruitus. concordat. s. e. l. nam satis. ⁊. j. e. l. vsus. ⁊. l. sequen.

☞ Locus medius non seruiens seruitutem interpellat nō extinguit: et ideo ante finitum tempus prescriptionis potest restaurari.

Si quis. † Vicinus debebat seruit̄. meo fundo locum proximum fundo seruiēti vendidi nec de seruitute debita feci mentionē: postea infra legitimum tempus ad seruitutem amittendam: eundem locum redemi ⁊ eandē seruitutem acquisiui: nunquid seruit̄. retineo? Respō. ꝙ sic. hoc dicit. accedit. C. de ser. ⁊ aqua. l. penulti. ⁊ vltima.

☞ Fundo flumine occupato si alluuione seruitutis extinguatur seruitus restituitur.

Si locus. † Per locum tuum debebatur seruitus vie ad fundum meum: ille locus est impetu fluminis occupatus: ⁊ intra tempus ad amittendam seruitutem locus primo statui restitutus est: nunquid retineo seruitutem? certe sic. sed si post tempus restitutus est: tunc est seruitus amissa: sed mihi est subueniendum beneficio restitutionis vt ille mihi de nouo seruitutē constituat. hoc dicit. [est]. s. de seruitu. rusticorum predioꝝ. l. ⁊ attilicinus.

Cum viam. Si via publica perdit̄ vel impetu fluminis proximus vicinus vie tenetur illam viam in pristinum statum restituere. hoc dicit. [p̄ximus] quem nemo antecedit. j. de verborum significatio. l. proximus. [debet] dicunt quidam gratis ratione publice vtilitatis. vel dicatis viam prestare debet dato precio de publico. argumen. C. pro qui. ca. ser. pro pre. ac. lib. l. ij. j. ad siľ. l. lex cor. ⁊. s. de rei vendi. l. autem. §. j.

☞ Seruitus debita per alium non extinguitur redēptione vnius ex fundis seruientibus.

Si cum seruitus. † Per plures fundos vicinos meo fūdo habebam seruitut̄. fundum mediū acquisiui: nunquid retineo seruitutem? certe sic: totiens retineo seruitutem quotiens per fundos in quibus est constituta seruitus ire possum: sed si per medium fundum non irem similiter seruitus retinetur. hoc dicit ista. l. accedit. s. de seruitu. rustico. prediorum. l. tria.

☞ Aqua si per eundem riuum ad plura predia ducitur plures seruitutes sunt: ⁊ potest vna amitti: altera remanente: ⁊ qđ vnus perdit alteri non accrescit.


Qua que oriebatur. † Quidam habebat ius hauriendi aquam in fundo vicini tui: quisq; postea ex quo aqua exierat habebat suuz riuum per quem ducebat ad fundum suum: verūtamen isti qui habebant communem riuum: ita ordinauerunt ꝙ vnus duceret vno die: alius alio. modo queritur si non dixerunt seruitutem vtrum perdatur? Et respondetur si cum esset vna seruitus: si vnus vtitur retinet alius: sed si diuerse sunt seruitutes si vnus vtitur non retinet alius. at certum est ꝙ hic diuerse seruitutes debebantur. sed quid si debebatur seruitus fundo plurium: certum est si vnus vtitur retinet eam: sz vbi ⁊c. hoc dicit ista lex: videatis expositionem littere. [potuisset] qđ est verum si fundus remansit indiuisus. s. e. l. nā satis. §. si ego. [item] incipit tertius casus ⁊ reuertitur ad primum. [debebatur] ita ꝙ plures essent seruitutes non vna. [accreuit] in vsuf. est locus iuris accrescendi. in ꝓprietate seruitutis nō est locus iuris accrescendi post constitutionem sed ante. s. de vsufru. ac. l. j. §. interdum.

☞ Accessorio priuatur qui perdit principale.


Habeo ait. † Si aliquis habet seruitutem aque hauriende ī fundo alieno vel habet iter hauriendi aquam si constituto tēpore non ierit vel haustu aqueducende vsus non est indubitanter seruitutem perdit. hoc dicit ista lex: videatis expositionem littere. [amisisse] tempore constituto. s. eodez. l. si sic. et. C. de seruitu. et aqua. l. penultima et vltima.

Si quis vsus. Si habebā seruitutē aqueducende per fundum tuum ad meum si aquam duxi ⁊ etiam aliam aquam superaddidi retineo seruitutez. hoc dicit ista lex: videatis expositionem littere. [non amittitur] si vsus est pinguiore seruitut̄. s. e. l. is cuius. al's seruitus amittitur. ⁊ tunc dicetis: si q̄s aqua vsus fuerit alia omnino.

☞ Tempus negligentie autoris coniungitur cum negligētia successoris.

Tempus. † Si fundo tuo debebat̄ seruit⁹ ⁊ nō fuisti vsus eo tp̄e ꝯstituto ad amittendā ſuitutē si scđo in locuz tuū: illud tp̄s quo tu non fuisti vsus nocet mihi. hoc dicit iste. §. videatis expositionem littere. [successit] nam siue fuisti

siue fuisti vsus ⁊ ego succedo in locum tuum tibi ⁊ mihi nocet: ideo quia nõ debet licere heredi ⁊c.ff.de iudi.l.heres.C.de his quibus vt indig.l.polla.

1 ☞ Libertas non prescribitur in vrbanis seruitutibus nisi factum domini predij seruientis interuenerit.

Si cum ius. †Habebam ius immittendi tigna in edes tuas: tu non habuisti edificatuz ita ꝙ immittere potuerim: nũquid videor amisisse seruitutem? non: cũ immittere non potui ⁊ tu me non interpellasti. hoc dicit iste.§.videatis expositionem littere.[amittere] quantũ ad effectum: quia in veritate perditur: sed restituor ex illa generali clausula.si qua mihi ⁊c.ff.de serui.rustico.prediorum.l.vnus. §.fina.⁊.ff.e.l.si locus.in principio.alio modo legitur. [amittere] ⁊ dicetis aliud hic aliud ibi: ibi iam ceperat seruit.⁊ fuit interpollata: quia fons exaruit: hic tu deposueras edificium ⁊ dicebas te velle edificare non cepisti edificare: ⁊ ita non ceperat adhuc seruit.

1 ☞ Actio personalis pro seruitute nõ tollitur tempore quo amittitur seruitus constituta: item sola pmissione inter viuos seruitus non constituit: sed legato sic traditione secuta nec potest reputari si ad alium transitum fecerit.

1 **I partem.** †Partẽ fundi mei diuisim tibi vendidi et conueni ꝙ per illam partem venditam haberem seruitutem aqueducende: sed tempore constituto ad seruitutem amittẽdam riuum non feci: nũquid seruitus amittitur non? quia adhuc non inceperat seruitutem: sed si riuum feci: tunc amittitur. hoc dicit ista lex: videatis expositionem littere.[partem] diuisam: al's non posset imponi seruitus.ff.de seruitu.l. ad certam. ⁊.ff.co.pre.l.si quis duas.§.j.[intercesserit] .i. elapsum fuerit. [amitto quantũ ad effectum.ff.de ser. rusticor predio.l.vnus. §.fi.⁊.ff.e.l.si locus.[vel amitto] quia ipo iure subuenit mihi cum adhuc seruitus non esset inchoata.

Si per fundum. In.§. isto dicit aliqs per fundum suũ legauit tibi viã: mortuo testatore adita est hereditas: tu vsus nõ fuisti via legitimo tempore ad seruitutem amittendam: nũquid viam perdis? certe sic. Secundo dicitur: si constituto tempore ad amittendam seruitutem anteꝙ sciens illam viã tibi legatam vendidisti fundum tuum debebitur emptori illa seruitus: ⁊ ea vtendo eã retinet: nec poteris amodo repudiare cum post venditionem a te nihil ptinet. hoc dicit iste.§.videatis expositionẽ littere.[non vtendo.] Ex isto.§.colliguntur due preceptorum nostrorũ sententie. vna est ꝙ dominium rei legate transit in legatarium ab adita hereditate vt hic.⁊.ĵ.de pec.l.sed si damnum. ⁊ ibi dixi.ĵ. de fur.l.a titio. verũtamen si postea repudio legatum fingitur nec retro quesitum.ĵ.ad legem aquil.l.liber.⁊.ĵ. si certum peta. l.proinde.verũtamẽ vbi legatur mihi via possuz repudiare ꝙdiu remaneo dominus fundi tibi legata est: sed si alienaui fundum non possum repudiare quia cedit dies legati ab adita hereditate.C.de cadu.tollendis.l.vnica.§.sin autem. vnde si alienaui fundum non possum repudiare: sed nunquid restituar ex illa generali clausula: si qua mihi ⁊c.ff.de seruitutibus rusticorum prediorum.l.vnus.§. fi. ⁊ tolerabilis est ignorãtia in alieno facto.ĵ.pro suo.l.finali.

1 ☞ Seruitus retinetur per quẽcunqz nomine fundi vtentẽ.

1 **Seu retinetur.** In lege ista cuz duabus sequentibus dicitur per quos seruitus retineatur: ⁊ certe seruitus retinetur vsu si ille cui debetur seruitus ea vsus fuerit siue aliquis eius noie: puta mercenari⁹ eius: vel hospes eius: vel medicus eius: vel colonus: vel fructuarius: ⁊ breuiter omnis qui vtitur seruitute debita fundo eã retinet siue sit bone fidei possessor siue male fidei. hoc dicit ista.l.[seruitus] accedit.ff.e.l.q̃ fundum.⁊.l.nam satis.

1 ☞ In seruitute prescribenda requiritur ꝙ bona fide quis vtatur iure seruitutis.

1 **Seruitute.** †Uos habuistis in legibus superioribus quis dicat vti seruit. ⁊ in.l.ista dicitur quis seruitute non dicatur vsus: et non videtur vsus qui non credit se vti suo iure ille videtur vti seruitute: si ergo vadit per aliquem locum vt per viaz publicam non querit seruitutem. si aliquis vadit per seruitutẽ alterius non credit vti suo iure non querit seruitutem: et ideo nec interdictuz de itinere: nec act.de seruitute ei competit. hoc dicit ista lex: videatis expositionem littere. [seruitute] id est libertate seruitutis. vel exponitur secũdo modo. [seruitus] scilicet acquirenda vel acquisita.[suo iure] idest bona fide in acquirenda seruitute requiritur bona fides.ff. titul.j.l.si quis diuturno.⁊.C.de seruitutibus.l.j.vel legitur suo iure. idest nõ habeat animum acquirendi seruitu.lz vtendo alij possum retinere.ff.l.proxi.acquirere non possum nisi habeo animum acquirendi.ĵ.de itinere actu.priuato.l.j.§.ul'. [iterdictum] vti pos. ff.de seruitu.l.quotiens.vel interdictum de itine.ac.priua.ff.si ser.vendi.l.ij.in fine.[act.] idest confes. qua vendicatur seruitus.ff.si ser.vendi.l.ij.

¶ Explicit liber octauus.

¶ Incipit liber nonus.

¶ Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Rubrica.

¶ De realibus actionibus que competunt pro rebus corporalibus.de rei vendica.⁊ public.⁊ de realibus actionibus que competunt pro rebus icorporalibus pro seruitutibus tribus libris dictum est: verum quia noxales actiones ⁊ actiones que dantur pro damnis datis siue a quadrupedibus vel ab hominibus sapiunt naturam realium sicut reales dantur ꝯtra oẽm qui habet facultatẽ rei restituende: ita iste dãtur. vnde de istis actionibus subijciendum est. verum quia actio de pauperie est antiquior que descendit ex lege.xij.tabularum.vt.ĵ.l.j. et antiquiora sunt preferenda.ĵ.de acquiren.reruz do.l.j.proponitur rubrica: si quadru.paupe.fecisse dica. quid iuris: videamus et subijciamus: ita de actione que habet locum si quadru.paupe. fecis.dica.videamus quando habet locum ⁊ quando cesset: de quo dicitur.ĵ.l.j.§.vt cui detur.ĵ.l.hec autem.contra quem detur.ĵ.l.j.in fine.ad quid detur.ĵ.l.ij.in principio. qualis ipsa sit ĵ.l.j.in princi.⁊.l.penul.⁊ intelligitur si quadru.pau.fe. dica.i. damnum qd̃ nũcupatur damnum in.l.aquilia.in ista act.vocat pauperies.⁊ dicitur damnum quando nostrum patrimonium diminuitur.ĵ.de dam.infecto.l.damnum.

1 ☞ Actio de qua hic quomodo nũcupetur.
2 Actio de pauperie vnde nascatur.
3 Differentia que sit inter crimen ⁊ delictum.



SI quadrupes pauperiem fecisse dicatur. In principio huius legis vsqz ad.§.ait pretor. exponitur rubrica. ⁊ dicit iuriscõ. si dicetur quadrupedẽ alienã damnum fecisse prodita est act. ista q̃ descendit ex.l.xij.tabu.que vult vt det q̃drupedem pro noxa vel estimationem pauperies dicitur dãnum datum a quadrupede. noxa est delictum ipsius quadrupedis: ⁊ pertinet istud edictum ad omnes quadrupedes que mansuete sunt fm naturam sui generis. hoc dicit.[quadrupes] de quadrupede dicit quia vbi dat damnum habet locum directa actio ex isto edicto. si bipes dat damnum habet locum vtilis ex isto edicto ĵ.e.l.penultima. quia que ratio est in quadrupede eadem in bipede. et vbi in diuersis ⁊c.ĵ. ad legem aquiliam.l.illud.[dicatur] idest verum sit. similis expositio.ĵ. cõmoda.l.j.[delictuz] institu.de nox.actio.in principio. [ad omnes] mansuetas fm naturam sui generis vt sunt equi: eque: muli: asini: canes. sed ista actio directa non pertinet ad feras bestias.ĵ.e.l.j.§.in bestijs.vtilis tamẽ pertinet.institu.e.§.vltimo. Super principiũ huius legis queram aliq̃ que pertinent ad instructionẽ huius

1 tituli act. †ista quomodo nuncupat? põt dici duobus modis: vno modo dicitur actio de pauperie: nam actio ista habet locum pro damno dato a quadrupede: vt idicat iste titulus. Uel potest dici ꝙ nũcupatur in factum act. pro damno dato a quadrupede quod ex eo apparet: quia pretor fecit edictum suum: ⁊ ex quolibet edicto ex quo nõ datur actio datur in factum.ff.

2 de eo per quem.l.fina. †Denuo quero vnde nascitur hec actio ex contractu vel quasi non: si equus vicini tui percutit te cũ pede: bos vicini tui percutit te cum cornu nõ contrabit vel quasi tecum. denuo non potest dici ex delicto vel quasi: delinqũt ex animo.ĵ.ad leg.cor.ne.de sica.l.diuus. q̃drupedes non possunt delinquere vel quasi: quia carent intellectu.ĵ.proxi.§. qd dicemus. potest dici ꝙ ista actio non est natiua non nascitur: q̃a si nasceretur aut ex contractu vel quasi: aut ex delicto vel quasi.ĵ. de actio.l.j.sed ex benignitate.l.duodecim tabularum prodita est: vt in principio huius legis. vnde est datiua. illa enim questio habet locum in datiuis act. que habet in rem obliga.ff.de procu.l.licet.§.ea. non hꝫ locum in datiuis que mrẽm oblig.nõ

..simile osueuimus dicere in rei ven.ff.de rei ven.l.officiū.
..fi.⁊.l.in rem.similiter dixerunt quidam in act.pres.ver.in ca
su qui ponitur.C.de transac.l.cum mota.vnde fm quosdam est
tertiadecima actio:alie sunt natiue:alie sunt datiue.Alij dicūt
ipsa nascitur ex delicto quadrupedis.si dicis:non est delictum
si non est voluntas.† Respon.ista est differentia inter crimen
3 ⁊ delictum:crimē non est sine proposito:delictum sic.q꞉ est deli
ctum.i.derelictum ⁊ cōmittitur sine proposito.ff.de leg.⁊sena
tuscon.l.j.alij dicunt ꝙ est ex varijs figuris causarum.

Ait pretor. Circa istum tractatum pretor fecit suuz
edictum:hic inseruntur verba edicti pre
toris ait pretor:si qua.pau.fecis.di.iudicium dabo.exponit iu
riscon.optimus interpres ꝙ sicut pauperies est damnum sine
iniuria facientis datum habet locum ista act.cum ista duo con
currunt:ꝙ quadrupes cōtra ferocitatem sui generis nocet:nō
instinctu vel facto hominis:vbi gratia:si equus tuus calcitro
sus percutit aliquem habet locum hec act. si mule tue propter
nimiā ferocitatem damnum dederint habet locum hec actio.si
autem darent ↄtra ferocitatem sui generis instinctu hominis
vel facto non habet locum hec actio : ⁊ ideo si equus erat posi
tus in tam arto loco ꝙ percussit te:cessat hec actio.si ꝑpter cul
pam mulionis mula percussit te:cessat hec actio : sed tenet̃ ille
cuius facto dedit damnum.Sed quid erit:ponamus:puer bo
noniensis tenebat canem ad manum:quando vidit scholarem
venientem incitauit eum:cessat actio ista:sed puer tenetur:sed
si canis dū ducerēt sua asperitate euasit ⁊ dedit damnum si fir
mus potuit retineri vel ductus est per eum locum per quē non
debebat duci:cessat hec actio : generaliter dicendum est ꝙ hec
actio habet locum quotiēs contra suam feritatem dat dānum.
quid ergo erit:stat equus sub porticu:vadit discretus schola
ris ⁊ percutit eum cum manu:dominus equus salutauit eum:
cessat hec actio:⁊ ille de se queri debet.quid si aliquis vulnera
uit equum grauiter:si lesit eum:cessat hec actio:si lesit aliū:ces
sat hec actio:sed act.l.aquil.datur domino contra eū qui equū
vulnerauit quā debet cedere ei cui dānum dedit. si ergo habet
hic act.si contra suam feritatem dedit damnum vel per aliā rez
tenet̃:vnde si bos plaustro obtriuit puerum.indubitanter ha
bet locum hec actio.hoc dicit.[fecisse] act. de pauperie vel in
factum dabo:⁊ no.ista actio non est pretoria:q꞉ descendit ex.l.
xij.tabu.ff.de iustitia ⁊ iure.l.ius.⁊.ff.de orig.iur.l.ij.§.proīde.
nec obst.ꝙ pretor fecit edictum suum : q꞉ non induxit eam sed
in ordine posuit.simile no.ff.de pe.heredita.l.item ve.§.pridie.
⁊.ff.si pars here.pe.l.j.[feritate]sui generis ⁊ sine instinctu et
facto alterius.[petere].i.querere.sic exponitur.j.titu.j.l.sed ⁊
si quecūq꞉.[tenebitur].l.aquil.j.ad leg.aquil.l. item mela.⁊.j.
statim dicit.[concitatus]q꞉ fuit percussus ab hoīe.[dedit.]
institu.ad leg.aquil.§.vltimo.[locus] ⁊ si grauiter non ꝑcus
sit vel palpauit.[deiecta.]no.hic vt intelligatis totum istū ti.
ad hoc vt ista actio habeat locū:ista duo sunt necessaria ꝙ qua
drupes det damnum contra naturam sui generis ⁊ sine instin
ctu ⁊ facto alterius:ideo non est de natura equorum ꝙ debeāt
calce percutere ⁊ mordere cū sint mansueti:sed ex accidenti est:
habet locum actio ista vt quadrupedem det pro noxa vel resar
tiat damnum:sed istud est bene fm naturam equorum vel boū.
si percutis equum vel bouem ꝙ ledat te:cessat hec actio.Itē de
natura ferarum bestiarū:q꞉ non sunt mansuete ꝙ ledant:vnde
pro dāno dato ab eis nō habet locum actio directa.j.proxi.§.
Item vbicunq꞉ dat dānum facto alterius:cessat hec actio . sed
quid erit:canis tuus intrat coquinam vicini : accipi ferculum
suum:habet locum hec act.murilegulus tuus intrat domū vi
cini:aufert cibaria sua:habet locum hec actio :nos dicimus ꝙ
non habet locum directa sicut in feris bestijs:sed habet locum
vtilis sicut in feris bestijs.insti.e.§.fina.⁊.j. proxi.§.dicam:in
cane tuo debes ita tenere ne ingrediatur domū vicini:alij indi
stincte dicunt ꝙ non datur directa vel vtilis ⁊ sibi imputet cur
non custodiuit ferculum suum ⁊ dānum ⁊c.j.de regu.iu.l.quod
quis.sed prior op.satis equitatem continet.

In bestijs. Istud edictum habet locum pro damno
dato a bestijs mansuetis contra naturā
sui generis.habet locum pro damno dato a bestijs feris certe
non directa.si ergo leo tuus fugit ⁊ tunc damnuz dedit desinit
esse tuus statim ꝙ fugit:vnde non debet cum quōdam domino
agi:imo quilibet occupando eum querit:quilibet sibi occiden
do eum facit corpus suum.hoc dicit.No. hic duo.vos debetis
scire:hec est natura ferarum bestiarum ꝙ diu a nobis retinent̃
nostra sunt:statim ꝙ fugiunt in nullius bonis sunt:vnde occu
panti conceduntur vt hic.⁊.j.de acqui.re.do.l. naturalē.§.illud.
⁊ hoc lege cauet̃ consuetudine non habet̃ hic si fera bestia dā
num dat non est contra naturam sui generis:q꞉ mansueta non
est:cessat directa vt hic.sed dominus tenet̃ vtili si male ligauit
eum:si in loco periculoso tenebat eum.sic soluitur contra.isti.
eo.§.fi.vnde istud est in arg.contra rusticos ⁊ mulieres quādo
vadunt Florentiam vbi est leo:dicūt:eamus ad videndum leo
nem:leo retinet̃:quidā ponunt se taliter ꝙ percutiūtur a leone
sine culpa illius qui tenebat leonez:vnde ille cui hoc accidit cū
vadit cum damno.Item habet locum aliud auxilium in feris:
⁊ hoc custodiunt scholares qui tenēt simias.lex prohibet neq꞉
leonem:vrsum:pātheram:simiam:canem ferocem teneat in lo
cum per quem vulgo iter fit:⁊ si tenerent pena.cc.aureoꝝ.i.sol.
et nihilominus ei cui damnum daret̃ tenet̃ vtili vt tradat pro
noxa vel dānum emendet.j.de edil.edic.l.ei qui.cum.l.sequē.et
in.l.contra.insti.e.§.vltimo.

Cum arietes. Misi arietem meum ad pascua:tu
misisti tuum ad pascua:meus elige
bat herbam meliorem:tuus est indignatus:vnde ceperūt ad
inuicē cornu se percutere:ita preliati sunt ꝙ vnus occidit aliū:
habet locum hec actio:Respon.si mortuus est aries qui ꝑuo
cauit non habebit act.de pauperie.si mortuus est aries prouo
catus:dominus prouocati agit hac act. contra dominū prouo
cantis:⁊ assequitur arietem pro noxa vel dānum sibi emēdari.
hoc dicit.[erat]actiue non passiue.[non prouocauerat.]⁊ oc
cisus fuerat.[oportere.]in.§.isto colligetis:puniri debet ag
gressor nō aggressus:q̄re:quia est autor totius facinoris.acce
dit.C.ad leg.iul.de vi pu.l.quoniam.j.titu.j.l.si ex plagis.§.ta
bernarius.Sed vos hic custodiatis:aggressor est puniendus
non aggressus:si aggressus resistit cum moderamine īculpate
tutele:quid si aggressor percutit te cum pugno tu euz cum telo
teneris.j.ad leg.aquil.l.scientiam .§. qui cum aliter .j. de vi et
vi armata.l.iij.§.cum igitur.j.titulo.j.l.sed si quecūq꞉. in prin
cipio.

Et cum etiam. Sicut in damno dato a seruo de
lictum sequitur caput ita in dam
no dato a quadrupedibus:⁊ ideo si quadrupes tua dedit dam
num ⁊ alienasti eam agam cū emptore:quia ipse eaz potest da
re pro noxa.hoc dicit.[noxa]idest caput delinquēs:vel noxa:
id est delictum.[datur]et aduersus heredez eius.j.e.l.in fine.
[nunc est.]q꞉ habet facultatem tradendi pro noxa.j.de noxa.
l.quotiēs.§. pretor ait.

Plane. Ponamus:quadrupes tua dedit mihi dānum
cepi te conuenire hac actione:ante lit. contesta
tam:illa quadrupes decessit:nūquid liberatꝰ es ab hac actiōe:
sic q꞉ non potes tradere pro noxa. hoc dicit . secus si decessisset
post lit.contes.⁊ moram:tunc tenet̃ si ipse occidit vel alius occi
dit act.l.aquil.j.e.l.§.si post.

Si plurium. Si quadrupes plurium dedit dānū
contra naturam sui generis quilibet
potest conueniri insolidum:nam etiam ita est cum in dāno da
to a seruo plurium.h.d.verūtamen vno soluente liberantur ce
teri.ff.de eo per quē.l.j.§.si plures.

Interdum. Regulariter datur hec actio vt resar
tiatur damnum vel detur pro noxa:ali
quando datur insolidum.quid conueni te hac actione:⁊ inter
rogaui vtrum quadrupes esset tua:tu respondisti non esse tuā
in penam tui mendacij teneris insolidum.hoc dicit.et ita puni
tur de suo mendacio.ff.de rei vendi.l.fi.j.ti.j.l.ij.

Si post lit.conte. Cōueniebam te hac actio
ne post lit.contesta.alius oc
cidit quadrupedem : hoc casu non absolueris ab hac actione:
quia habes act.l. aquil. vnde debes agere contra illum vel ce
dere act.l.aquil.sed si mortuus esset naturaliter actiōe ista nō
periret.hoc dicit iste.§.videatis expositionē littere.[ab alio.]
quia si a nullo perpetuatur est actio contra te .j. de verborum
obligatio.l.si seruum.§.sequitur.in fine.secus si ante lit.conte.
ff.e.§. plane.

Hanc actionem. Actio ista datur domino et
heredi suo ⁊ ceteris vniuersa
libus successoribus:datur etiam contra dominum quadrupe
dis ⁊ contra heredes vt ↄtra dominos non vt contra heredes.
hoc dicit,accedit institu.de here.quali.§. sed heredibus.[com
petit.]sic act.ad exhi.datur contra heredem non vt cōtra here
dem.j.ad exhi.l.de eo.§.pe.⁊ vltimo.

Hec actio. Siue sim dominus rei in qua
quadrupes dedit damnum te
neris hac actione siue non sim : quia res illa erat
mihi commodata:similiter teneris hac actiōe:q̄a
actio non solum datur domino sed ei cuius inter
est.[pati.]sic act.furti datur ei cuius interest.C.de fur.l.fina.
in principio.

Si quis.

Si quis. Quidam erat suspecta persona duz iret per ciuitatem vidit magistratum:vnde volens euitare magistratum itrauit tabernam:ibi erat canis ferox:vnde lesit eum:habet locum hec actio? certe nõ. si canis erat ligatus culpa fuit intrantis:si canis erat solutus domin⁹ tabernarius tenetur:qꝛ potius inuitaret intrantes ne intrarent. hoc dicit iste.§.videatis expositionem littere.[contra.]quia fuit culpa eius:qꝛ non debet tenere canem ferocem.ff.e.l.j.§.et gñaliter.



